vennaten. di., per Rainaldum et Opizonem quondam marchiones Esten., Dei et Ecclesiæ inimicos, occupatam, eundi, redeundi et ibidem moram faciendi licentiam concedat, cum hoc ipsi et eccl. suæ pluribus ex causis utile posset esse. (*A*. 25, f. 511 ᵇ; *V*. 81, ep. 2616.)

7 (VII id.) *jun. 1326*. T. XVI.

25581. — *Eid*. mand. ut præfato Hubaldo concedat bona quond. Bocacini, filii quondam Hostasii Viviani Bocacini, habitatoris castri Argentæ, suæ di., eorumd. marchionum Esten. fautoris, quæ de jure confiscata fore noscuntur, sicut pro utilitate dictæ eccl. Ravennatensis viderit expedire. (*A*. 25, f. 511 ᵇ; *V*. 81, ep. 2617.)

Ut s. T. XX.

25582. — *Eid*. mand. ut dicto Hubaldo et Uberto, Conrado ac Vitali de Gheziis, civibus Ravennaten., licentiam concedat reædificandi in sua villa de Casissalvaticis, suæ di., quamdam capellam per suos antecessores in civitate Ravennaten., muro ejusdem civit. prope eorum hospitium adhærentem, sub vocabulo B. M. V. olim constructam, et malitia temporum ingruente destructam, dotem capellæ demolitæ alteri reædificandæ assignando, cum dicta villa a paroch. eccl., de Filo nuncupata, per II milliaria distet. (*A*. 25, f. 512 ᵃ; *V*. 81, ep. 2618.)

Ut s. T. XXX.

25583. — *Archiep.o Maguntin*. mand. ut dispenset n. v. Ulricum de Bikenbach et n. m. Elisabetam, d.nam de Limpurg, suæ di., super IVᵒ consanguin. gradu in matrim. ignoranter XXIV abhinc annis contracto. (*A*. 25, f. 557 ᵇ; *V*. 81, ep. 2619.)

Ut s. T. XI, XIII.

25584. — *Ebelino, nato quondam Henrici dicti Zoder Ecke, civis Wormacien.*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Germani extra muros Spiren. — I. e. m. præp. s. Pauli Wormacien., et scolast. Tullen., ac mag. Siffrido de Hildesheim, can. Wormacien. eccl. (*A*. 25, f. 512 ᵇ; *V*. 81, ep. 2622.)

Ut s. T. XI, XIII.

25585. — *Henrico de Kranburg* similis gratia in eccl. Solodorensi, Lausanen. di.; non obst. paroch. eccl. in Ruederswile Constantien., ac canon. et præb. eccl. in Ansoltingen, dictæ di. — I. e. m. abbati monast. s. Urbani, et cantori Werden., Constantien. di., ac mag. Ambrosio de Mediolano, can. Mediolanen. eccl. (*A*. 24, f. 513 ᵃ; *V*. 81, ep. 2624.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

25586. — *Helnberto dicto de Adellevesen*, can. præben. eccl. s. Victoris extra muros Maguntinos, gratia exsp. dign., personatus seu off. c. c. vel s. c. in eadem eccl.; non obst. in Northiven. ac Northusen., Maguntin. di., canon. et præb., ac in ead. Northusen. eccl. cantoria quam dimittere tenetur. — I. e. m. abb. monast. s. Albani extra muros Maguntinos, et præp. Montis s. Mauritii extra muros Hildesemen., ac mag. Ambrosio de Mediolano, can. Mediolanen. eccl. (*A*. 25, f. 572 ᵇ; *V*. 81, ep. 2653 et 2746.)

Ut s. T. XI, XIII.

25587. — *Waltero nato Jacobi Ministri de Halnvile* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Thuricen., Constantien. di., non obst. quod similiter provisus fuerit in eccl. s. Michaelis Beronen., dictæ di. — I. e. m. cantori s. Petri Basilien., et thesaur. Zovingen., Constantien. di., ac mag. Ambrosio de Mediolano, can. Mediolanen. eccl. (*A*. 25, f. 536 ᵃ; *V*. 81, ep. 2684.)

Ut s. T. XI, XIII.

25588. — *Arnoldo de Carshem* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Monasteriensis. — I. e. m. abbati monasterii in Bredenowe, Maguntinæ di., et præp. s. Petri Trajecten., ac mag. Jacobo de Mutina, scolastico Tullen. eccl., Papæ cap. (*A*. 25, f. 542 ᵃ; *V*. 81, ep. 2697.)

Ut s. T. XI, XIII.

25589. — *Thiderico dicto Blawen*, presb., rectori paroch. eccl. in Winckele, Trajecten. di., similis gratia in eccl. Davantriensi, dictæ di. — I. e. m. abb. supradicto, et decano Trajectensis, ac mag. Hermanno de Praga, can. Pragen. eccl., Papæ capellano. (*A*. 25, f. 542 ᵃ; *V*. 81, ep. 2698.)

Ut s. T. XI, XIII.

25590. — *Ottoni nato Wigaudi de Rorenvort* similis gratia in eccl. Padeburnensi; non obst. gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. ad collat. decani et capit. s. Martini Wor-

Datum *Avenione*.

[illegible]niensis. — I. e. m. abb. supradicto, et decano Fritzlarien., Maguntin. di., ac mag. Jacobo de Mutina, Papæ cap., scolast. Tullen. eccl. (*A*. 25, f. 542 b; *V*. 81, ep. 2699.)

7 (vii id.) *jun*. *1326*.
T. XI, XIII.

25591. — *Conrado nato Conradi de Sundelingen* similis gratia in eccl. s. Joannis Maguntin. — I. e. m. cantori Fritzlarien., Maguntin. di., et mag. Hermanno de Praga, Papæ cap., Pragen., ac Joanni de Frideberg, Maguntin. eccl. canonicis. (*A*. 25, f. 543 a; *V*. 81, ep. 2700.)

Ut s.
T. XI, XIII.

25592. — *Conrado nato Conradi dicti Oudenshopf* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Stephani Constantiensis. — I. e. m. abb. monast. majoris Augiæ, et præp. Pinguen., Constantien. et Maguntin. di., ac mag. Ambrosio de Mediolano, can. Mediolanen. eccl. (*A*. 25, f. 557 b; *V*. 81, ep. 2732 B.)

Ut s.
T. XI, XIII.

25593. — *Eberhardo, nato n. v. Ruodolfi de Andelach mil.*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Theodati Tullensis; non obst. in Spiren. et Lucembacen., Basilien. di., eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. abb. monast. Morbacen., et præp. Columbarien., Basilien. di., ac mag. Ambrosio de Mediolano, can. Mediolanen. eccl. (*A*. 25, f. 558 a; *V*. 81, ep. 2734.)

Ut s.
T. XI, XIII.

25594. — *Rodulpho de Ulsen*, presb. Trajecten. di., gratia exsp. benef. c. c. vel (s. c. 15 march. arg.) in civit. vel di. Trajecten., pertin. ad collat. decani et capituli eccl. Davantriensis, dictæ di. — I. e. m. abbati monast. in Bredenowe, Maguntin. di., et decano Trajecten., ac mag. Hermanno de Praga, can. Pragen. eccl. (*A*. 25, f. 580 a; *V*. 81, ep. 2754.)

Ut s.

25595. — *Archiep.o Maguntino* mand. ut abbati et conv. monast. in Bredenowe, O. S. B., suæ di., in terra n. v. langravii principis terræ Hassiæ, Ludovici ep.i Monasteriensis fratris, et sub nobilis ac ep.i prædictorum protectione consistentis, indulgeat ut ultra xx^um vel ampliorem, prout ipsi archiep.o videbitur, monachorum numerum aliquem in monachum recipere teneantur; nam dictum monast., ut præfatus asserit ep.us, in loco nationis perversæ ac inter tyrannos et raptores situatum vix habet unde abbas et conventus valeant sustentari. (*V*. 81, ep. 2855.)

Ut s.
T. XXIV.

25596. — *Commendatori et fratribus domus in Marburg, ord. B. M. Theutonicorum, Maguntinæ di.*, indult. ut, cum continget in civit. et di. Maguntin. cessationem fieri divinorum, vel ipsas ecclesiastico supponi interdicto, possint in eccl. seu capella dictæ domus, in qua corpus s. Elisabet viduæ requiescit, videlicet in dedicationis ejusd. eccl. et in obitus ac translationis ipsius sanctæ festivitatibus, januis apertis, divina officia facere celebrari. (*A*. 25, f. 637 a; *V*. 81, ep. 2891; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 302, n. 614.)

Ut s.

25597. — *Conrado dicto Hoyn*, cap. Joannis regis Bohemiæ, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Servatii Trajecten., Leodien. di.; non obst. in S. M. Aquen. canon., præb. et scolastria super qua litigat, et in S. Cassii Bunnen., Colonien. di., eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. mag. Jacobo de Mutina, præp. Tullensis, Papæ cap., et cantori S. M. Virginis, ac scolast. s. Adelberti Aquensis, Leodien. di., ecclesiarum. (*V*. 81, ep. 2953.)

8 (vi id.) *jun*. *1326*.
T. XI ½, XIII ½.

25598. — *Mag. Joanni de Allodiis*, legum professori, collatio canon. eccl. Matisconensis in qua, licet sit certus can. numerus, præb. tamen distinctio non habetur; non obst. benef. in majori Lugdunensi officio militiæ nuncupato, et in s. Pauli ac s. Nicetii Lugdunen. eccl. canon. et præb., quorum omnium fructus 25 l. t., quotidianis distributionibus exceptis, non excedunt. — I. e. m. Guigoni de s. Germano, archid. [illegible] Ilerden., Papæ cap., et majoris, ac secul. s. Nicetii Lugdunensis eccl. sacristæ. (*A*. 25, f. 123 a; *V*. 81, ep. 1776.)

Datum *Avenione.*

8 (vi id.) *jun. 1326.* T. XI, XIII.

25599. — *Petro nato Aymonis de Durchia* collatio canon. eccl. s. Justi Lugdunensis in qua, licet sit certus can. numerus, præb. tamen distinctio non habetur; supplicantibus obedientiario et capitulo ipsius eccl. ad quos canonicatuum collatio pertinet. — I. e. m. decano majoris, et s. Pauli ac s. Nicetii sacristis sæcularium Lugdunen. eccl. (*A*. 25, f. 122 [a]; *V*. 81, ep. 1788.)

Ut s. T. XI, XIII.

25600. — *Stephano de Montellio* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Nicetii Lugdunensis. — I. e. m. archid. Matisconen., et majoris, ac sæcul. s. Pauli Lugdunen. sacristis eccl. (*A*. 25, f. 127 [a]; *V*. 81, ep. 1790.)

Ut s. T. XI, XIII.

25601. — *Guillermo Vassalli, nato Arnaldi Vassalli de Aralhaco mil.*, cler. Caturcen. di., gratia exsp. benef. c. c. vel (s. c. 50 l. t.) in civit. vel di. Xanctonen., pertin. ad collat. ep.i Xanctonensis. — I. e. m. archid. Caturcen., et Arnaldo de Petrilia, Turonen., ac Hugoni de Vernolh, Xanctonen. can. eccl. (*A*. 25, f. 198 [a]; *V*. 81, ep. 1942.)

Ut s. T. XX.

25602. — *Præp. Pinguen., et cantori Verden., Maguntin. et Constantien. di., ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen. eccl., litt. apost. correctori,* mand. pro receptione Margaretæ, natæ Joannis dicti Brachen, Basilien. di., puellam litteratam, in monast. in Plazhein, Cisterc. ord., dictæ di. (*A*. 25, f. 225 [a]; *V*. 81, ep. 2005.)

Ut s. T. XV, XVII.

25603. — *Joanni de Luna* prov. canon. eccl. Ilerdensis sub exsp. præb. et præposituræ seu mensatæ s. c., quæ nec dign. nec personatus existat; consid. Jacobi regis Aragonum; non obst. canon. ecclesiæ Conchensis sub exsp. præb. et præstimoniorum, ac defectu ætatis. — I. e. m. archiep.o Ebredunen., et præp. Mimaten., ac sacristæ Tirasonen. eccl. (*A*. 25, f. 241 [b]; *V*. 81, ep. 2113.)

Ut s. T. XX.

25604. — Reservatio canon. et præb. eccl. Salamantinæ, ac præstimoniorum et præstimonialium portionum cæterorumque benef. vacantium per obitum Garsiæ Petri, abbatis Fusellensis in eccl. Palentina, qui nuper in Montepessulano, Magalonen. di., obiit. (*A*. 25, f. 281 [a]; *V*. 81, ep. 2179.)

9 (v id.) *jun. 1326.* T. XXVI.

25605. — *Bernardo Guinerii*, cler. non conjugato, nec in sacris ord. constituto, Caturcen. di., conc. tabellionatus off. (*A*. 24, f. 118 [b]; *V*. 80, ep. 1525.)

Ut s. T. XXX.

25606. — *Joanni ep.o Roskildensi* facul. conferendi alicui pers. idoneæ, de qua sibi videbitur, canon., præb. et decanatum c. c. eccl. Roskilden., quæ ante promotionem suam per P. P. factam obtinebat. (*A*. 25, f. 94 [a]; *V*. 81, ep. 1710; L. Moltesen, *Acta Pontificum Danica*, t. I, p. 62, n. 136.)

Ut s. T. X, XII.

25607. — *Eidem* facul. conferendi ut s. canon. et præb. eccl. Roskilden., quæ Olavus ep.us Revalien. similiter obtinebat. (*A*. 25, f. 94 [b]; *V*. 81, ep. 1711.)

Ut s. T. XX.

25608. — *Bernardo Stephani, archid. Figiacen. Caturcen., et Guillelmo de Concosio, Aquen., ac Arnaldo de Petrilia, Turonen. can. eccl.*, mand. ut Arnaldo Ebrardi, cler. Caturcen. di., conferant ruralem eccl. de Bays, Redonen. di., cujus rector prior de consuetudine nuncupatur, quæque vacat per consecrat. Fulconis ep.i Andegavensis. (*A*. 25, f. 107 [b]; *V*. 81, ep. 1745.)

Ut s. T. X, XII.

25609. — *Paulo nato Bartholomæi Jacobi* collatio canon. eccl. S. M. in Cosmedin de Urbe, in qua, licet sit certus can. numerus, præb. tamen non habetur distinctio. — I. e. m. ep.o Viterbiensi, et mag. Leonardo de Guarcino, thesaur. eccl. Lingonensis, Papæ not., ac priori basilicæ S. M. Majoris de Urbe. (*A*. 25, f. 128 [a]; *V*. 81, ep. 1782.)

Ut s. T. XI, XIII.

25610. — *Vitali de Palude*, clerico et familiari Raimundi S. M. Novæ diac. card., collatio paroch. eccl. de Marivol et de Musseto canonice unitarum, Vasaten. di., vac. per resignat. Arnaldi de Palude quæ in manibus ejusd. card. apud S. A. facta fuit. — I. e. m. abbati monast. Fontis Guillelmi, et decano de Vilandran, Vasaten. di., et archid. Gamagen. Vasaten. eccl. (*A*. 25, f. 133 [a]; *V*. 81, ep. 1808.)

Datum Avenione

[illegible] jun. 1320
T. XI, XIII

25611. — *Jacobo Schirich* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Wladislavien., consid. Wladizlai Poloniæ regis; non obst. in ecclesia Cracovien. canon. et præb., ac paroch. eccl. in Podogrose, Cracoviensis di. — I. e. m. ep.o Cracoviensi, et præp. Cracovien., ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen. eccl., litt. apost. correctori. (A. 25, f. 185 [a]; V. 81, ep. 1932.)

Ut s.
T. XI, XIII

25612. — *Hermanno de Opatow* similis gratia in eccl. Cruswicen., Wladislavien. di., consid. ut s.; non obst. in Opatovien. decanatu, et in Wislicien. eccl., Cracovien. di., canon. et præb. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 185 [b]; *V*. 81, ep. 1933; Theiner, *Monumenta historica Poloniæ*, t. I, p. 288, doc. CCCLXVI.)

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

25613. — *Andreæ de Wislicia*, cap. Wladislai, regis, et Hedwigis, reginæ Poloniæ, similis gratia in eccl. Wratislavien.; non obst. quod de præpositura, canon. et præb. eccl. Poznanien. auct. apost. ipsi provisum sit, et capellam s. Martini in Wislicia s. c. ac eccl. in Iglomia c. c., Cracovien. di., obtineat. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 185 [b]; *V*. 81, ep. 1934.)

Ut s.
T. XX.

25614. — *Hedwigi Poloniæ reginæ*. — Dudum ipsi ejusque filiabus indultum fuit ut monasteria monialium O. S. Claræ in regno suo existentia intrare possent, dummodo non comederent nec pernoctarent ibidem; nunc autem indulgetur ei ut cum II matronis vel saltem unica infra eorumdem monast. clausuram comedere semel in anno dumtaxat et pernoctare valeat. (*A*. 25, f. 185 [b]; *V*. 81, ep. 1937; Theiner, *op. cit.*, t. I, p. 289, doc. CCCLXVII; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 302, n. 615.)

Ut s.
Gr. pro pers. card.

25615. — *Angelo nato n. v. Jacobi Napoleonis de filiis Ursi de Urbe*, nep. Napoleonis s. Adriani diac. card., prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Leodiensis; non obst. in eccl. Belvacensi canon. et præb. — I. e. m. archiep.o Ebredunen., et ep.o Paduan., ac decano eccl. s. Crucis Leodien. (*A*. 25, f. 188 [a]; *V*. 81, ep. 1938.)

Ut s.
Gr. pro nep. card.

25616. — *Eisd. judicibus* mand. ut prædicto Angelo conferant abbatiam sæcularis eccl. Tungren., Leodien. di., (100 flor. auri), consuetam dumtaxat Leodiensi canonico assignari et juxta constit. super plural. benef. apud S. A. vacantem, cujus possessioni Conradus de Marka, can. Leodiensis, de facto incumbit quamque paratum se offert resignare; non obst. ut s. et defectu ætatis, (23 an.). (*A*. 25, f. 188 [b]; *V*. 81, ep. 1939.)

Ut s.

25617. — *Guillelmo Mag[illegible], clerico Vauren. di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Vauren., pertin. ad collat. ep.i Vaurensis. — I. e. m. ep.o Caturcensi, et priori s. Martini de Campis Parisien., ac decano s. Stephani de Tescone Montisalban. (*V*. 81, ep. 2052.)

Ut s.
T. XXX

25618. — *Fratri [illegible] priori monast. s. Sophiæ Paduan., per priorem soliti gub., O. S. A.*, confirmatur electio ipsius in priorem ejusd. monasterii per conv. celebrata et per vicarium ep.i Paduani confirmata, non obst. quod Papa dudum omnium monast. in Aquilegen. et Graden. patriarchatibus consistentium, ad quorum regimina prælati consueverunt per electionem assumi, provisiones dispositioni suæ reservaverit; supplic. potestate, antianis, castaldionibus, consilio et communi civitatis Paduanæ, qui asserunt monast. ipsum tanta paupertate gravari quod prior et canonici hujus monast. plurimum ex eleemosynis vivunt. (*A*. 25, f. 296 [a]; *V*. 81, ep. 2208.)

Ut s.
T. XI, X

25619. — *Petro Schirich*, cler. Cracovien. di., vicecancellario Wladislai Poloniæ regis, habilitatio super eo quod olim curatam eccl. in Scobuitia, Cracovien. di., tenuit pluribus annis ad sacerdotium non promotus, et quod in Cracovien. eccl. canon. et præb. fuit interim assecutus, quodque postmodum, eccl. curata dimissa et retentis canon. et præb. præfatis, in Gneznen., Wratislavien., Poznanien. et Kilcien., dic[illegible] eccl. canon. et præb. assecutus fuit absque aliqua dispens., easque adhuc tenet,

Datum *Avenione*.

fructus percipiens ex eis, cum remissione fructuum perceptorum, dummodo fructus unius anni in singularum eccl. utilitatem infra annum convertat. — I. e. m. ep.o Cracovien., et abb. monast. de Clarecumba, Cracovien. di., ac præp. eccl. Cracovien. (*A*. 25, f. 621 ª; *V*. 81, ep. 2854.)

10 (iv id.) *jun. 1326.* T. XI, XIII.

25620. — *Joanni nato Nicolai Behuchet* gratia exsp. off. s. c. in eccl. s. Martini Turonen., non obst. in ead. Cenomanen. et s. Joannis Andegaven. eccl. canon. sub exsp. præb. — I. e. m. abbati monast. s. Vincentii Cenomanensis, et decano Turonen., ac mag. Dionysio Benedicti, can. Cenomanen. eccl. (*A*. 25, f. 100 ª; *V*. 81, ep. 1724.)

Ut s. T. XI, XIII.

25621. — *Garsiæ de Provincia*, clerico Cæsaraugustanæ di., gratia exsp. benef. sæcul. s. c. in eccl. Tabusten., dictæ di., (40 lib. barchinonen.), ad collat. abbatis et conv. monast. s. Joannis de Pinna, O. S. B., Oscensis di.; cum cassatione alterius gratiæ de benef. c. c. vel s. c. ad collat. prioris sæcularis eccl. B. M. Darocen., Cæsaraugustan. di. — I. e. m. Majoricen. et Segobricen. ep.is, ac Rogerio de Ayvar, sacristæ eccl. Cæsaraugustan. (*A*. 25, f. 115 ª; *V*. 81, ep. 1752.)

Ut s. T. XI, XIII.

25622. — *Geraldo de Baichadello* collat. paroch. eccl. de Bessa, Sarlaten. di., vac. per assecutionem paroch. eccl. de Cassanhas, Caturcen. di., quæ Bertrando de Petrilia per P. P. collata fuit. — I. e. m. ep.o Caturcen., et archid. de Montepensato, ac Hugoni Rogerii, can. eccl. Caturcen. (*A*. 25, f. 120 ª; *V*. 81, ep. 1763.)

Ut s. T. XL.

25623. — *Bertrando s. Marcelli presb. card., A. S. legato,* mand. ut monasterio Fontisvivi, Cisterciensis ord., Parmen. di., per obitum Dionysii apud S. A. prævia generali reservat. vac., ad præsens inhabitato, statui discriminoso subjecto et reformatione indigenti, præficiat in abbatem Mathæum de Cancellis, de Parma, ipsius monasterii monachum, supplicantibus Hugolino ep.o Parmensi et n. v. Rolando de Rubeis. (*A*. 25, f. 150 ᵇ; *V*. 81, ep. 1842.)

Ut s. T. XI, XIII.

25624. — *Adegherio nato Polatii Adigherii de Adigheriis* provisio canonicatus sub exsp. præb. ecclesiæ Lucanæ. — I. e. m. præp. baptisterii s. Joannis Parmen., et archipr. de Colliculo, Parmen. di., ac mag. Bosolo de Parma, can. Tornacen. eccl., Papæ cap. (*A*. 25, f. 179 ª; *V*. 81, ep. 1905.)

Ut s. Gr. pro Deo.

25625. — *Petro Carosii*, cler. Gerundensis di., gratia exsp. benef. (c. c. 60 vel s. c. 40 lib. barchinonen.) in civit. vel di. Gerunden., pertinentis ad collat. abbatis et conv. monast. de villa Bertrandi, dictæ di., O. S. A.; cum cassatione alterius gratiæ exsp. benef. c. c. vel s. c. ad collat. capellani perpetui eccl. de Rivovitis, dictæ di., ex qua nullum est commodum assecutus, quia idem capellanus nisi duo tantum benef. ad suam collationem pertinentia conferre valebat. — I. e. m. s. Stephani de Balneolis et s. Petri de Bisulduno monast. abb., Gerunden. di., ac Michaeli Ricomanni, can. Valentino. (*A*. 25, f. 175 ª; *V*. 81, ep. 1914.)

Ut s. T. XXIV.

25626. — *Ep.o Colimbrien.* mand. ut dispenset n. v. Martinum Petri et n. m. Mariam Menendi, suæ di., ivª linea affinitatis conjunctos, in matrim. ignoranter contracto. (*A*. 25, f. 335 ª; *V*. 81, ep. 2314.)

Ut s. T. XI, XIII.

25627. — *Guillelmo Bonajutæ* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Fidelis Cumanæ; non obst. in eccl. Mediolanensi officio lectoriæ de quo propter potentiam rebellium R. E. ibidem existentium non valuit aliquid percipere a longo tempore. — I. e. m. abbati monast. s. Dionysii juxta muros Mediolanen., et Guillelmo de Pusterla, Papæ cap., ac Gufredo Moræ, can. eccl. Mediolanen. (*A*. 25, f. 467 ª; *V*. 81, ep. 2530.)

11 (iii id.) *jun. 1326.* T. XX.

25628. — *Aimerico Guirardi, Elnen., et Uticen. archid.is, ac præcentori Nemausen. eccl.* mand. pro receptione Raimundi de Aramone, cler. Uticensis di., in eccl. Nemausensi, O. S. A.; consid. Petri s. Susannæ presb. card. (*A*. 25, f. 157 ª; *V*. 81, ep. 1846.)

Datum Avenione.

25629. — *Petro de Manso* prov. canon. eccl. Burgensis sub exsp. præb. ac præstimoniorum, dign. vel personatus c. c. vel s. c., cum obligatione dimittendi decanatum in majori, ac s. Andreæ Pacen., S. M. de Turre et s. Petri de Falconeria ac in S. M. de Saffra, de quo litigat, [ecclesiis], Pacen. di., quædam præstimonia. — I. e. m. Compostellan. et Ebredunen. archiep.is, ac Sicardo de Vauro, can. Caturcen., Papæ cap. (*A.* 25, f. 161 [a]; *V.* 81, ep. 1871.)

25630. — *Archiep.o Ebredunensi, et cantori Morinen., ac scolast. eccl. B. Petri Insulen., Tornacen. di.*, mand. ut observari faciant assignationem pensionis vitalitiæ 250 l. t., et domus sive mansionis quæ inter duas portas monasterii s. Martini Tornacensis, O. S. B., sistit vel illius quæ dicitur « Cambra abbatis Joannis », auct. apost. factam favore Ægidii de Wuania mon., olim abbatis ejusdem monast., qui, cum super regimine ipsius monast. contra Theodoricum, nunc dicti monast. abbatem, in Romana curia litigaret, eid. regimini sponte cessit. (*A.* 25, f. 197 [a]; *V.* 81, ep. 1950.)

12 ... 1326. T. XXIX.

25631. — *Amanevo Columbi et Beatrici, natæ quond. Joannis de Albano, civibus Burdegalensibus*, dispens. super IV° consanguin., et duplicis affinitatis IV° etiam gradibus in matrim. contrahendo. (*A.* 25, f. 104 [b]; *V.* 81, ep. 1739.)

25632. — *Aimericus*, mon. Novimonasterii Pictavensis, Cluniac. ord., et prior prioratus de Essartis, dicti ord., Xanctonen. di., eidem monasterio immediate subjecti, fit abbas monast. s. Martini de Troarno, O. S. B., Bajocen. di., ante obitum Joannis per Papam disposit. S. A. reservati. — I. e. m. priori, conv. ac vassallis ejusd. monast. de Troarno; ep.o Bajocen. di.; Carolo R. F. (*A.* 25, f. 180 [a]; *V.* 81, ep. 1915.)

25633. — *Ep.o Gebennensi* facultas recipiendi resignat. canon., præb. et camerariæ eccl. Metensis, quæ nec dign., nec personatus sed simplex off. existit, a Petro de Vaurellis, et paroch. eccl. de Mura, Gebennen. di., a Guillelmo de Savigniaco, cui capella castri Clarævallis et decimæ de Buissiaco, Bisuntinæ di., collatæ fuerunt, et ipsis eadem benef. juxta permutationem conferendi. (*A.* 25, f. 202 [b]; *V.* 81, ep. 1963.)

25634. — *Heliæ Pelegrini*, cler. Caturcen. di., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (60 l. t.) in civit. vel di. Caturcen., pertin. ad collat. ep.i Caturcensis; non obst. defectu ætatis (24 an.). — I. e. m. archid. Figiacen. Caturcen., et Raimundo de Columbario, Autisiodoren., ac Bertrando de Claromonte, Colimbrien. can. eccl. (*A.* 25, f. 535 [a]; *V.* 81, ep. 2672.)

T. IV[xx].

25635. — *Franciscus de Monte Granario*, monachus monast. S. M. Clarævallis, de Flastra, Cisterc. ord., Camerinen. di., fit abbas ejusdem monast. quod in terris ad R. E. spectantibus consistit et per obitum Jacobutii apud S. A., prævia generali reservat. per P. P. facta de omnibus eccl. et monast. in eisd. terris consistentibus, vacat; cassata electione Joannis de Murro, dicti monast. monachi, per conv. contra hujusmodi reservationem celebrata. — I. e. m. conv. et vassallis ejusd. monast.; abbati monast. Clarævallis, Cisterc. ord., Mediolanen. di. (*A.* 25, f. 539 [a]; *V.* 81, ep. 2086.)

... 1326. T. XX.

25636. — *Decano Engolismensis, et archid. Carcassonen., ac Petro Rogerii de Pujollis, can. Mirapiscen. eccl.*, mand. ut Atthonem Arnaldi de Castroverduno, clericum Appamiarum di., recipi faciant in eccl. Appamiarum, O. S. A. (*A.* 25, f. 103 [b]; *V.* 81, ep. 1735.)

25637. — *Raimundo ep.o Cassinensi.* Expositum fuit quod 1500 flor. auri qui pro servitio communi cameræ apost. et collegio card. per quondam Isnardum, abbatem monasterii Cassinensis, priusquam foret in eccl. cathedralem erectum, adhuc deberi dicuntur, ab ipso, tamquam Isnardi successore, pro dicto servitio exiguntur, quan

Datum *Avenione*.

quam ad dictæ pecuniæ solutionem asseruisset se non teneri pro eo quod, post dicti Isnardi obitum, bona per eum in dicta eccl. dimissa ac pro solutione dicti servitii recollecta, de mandato Papæ exacta et levata, fructusque ejusd. eccl. per plures annos extunc per collectores apost. recepti fuerunt. Adjecit etiam R. quod bona a b. m. Oddone, patriarcha Alexandrino, administratore ejusd. eccl. per S. A. deputato, dimissa in ead. eccl., sive eid. ratione dictæ eccl. debita sive promissa, nunc auct. apost. a quibusdam debitoribus seu promissoribus exiguntur. Quare Papa decernit quod quæcumque sunt exacta de recollectis occasione dicti servitii vel alias, ut præmittitur, de bonis eccl. Cassinensis e prædicto servitio deducantur, cedantque in exonerationem et liberationem suam et eccl. supradictæ. (*A*. 25, f. 108 b; *V*. 81, ep. 1741.)

13 (id.) jun. 1326. T. XXIV.

25638. — *Raimundi Morini*, O. F. M., absolutio ab excom. incursa eo quod, post professionem in eodem ord., habitum dictæ professionis abjecit et ad seculum reversus est; cum licentia transeundi ad alium ord. mendicantium. (*A*. 25, f. 120 a; *V*. 81, ep. 1766; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 303, n. 616.)

Ut s. T. XXIV.

25639. — *Guillelmo Castellani de Castronovo supra Carum*, O. F. M., absolutio et licentia similes conceduntur. (*A*. 25, f. 120 b; *V*. 81, ep. 1767.)

14 jun. 1326. (XVIII kal. jul.) T. XI, XIII.

25640. — *Francisco nato Jacobi de Vergeyo* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Avalonis, Æduensis di. — I. e. m. Lugdunen. et Æduen. cantoribus, ac sacristæ sæcul. s. Nicetii Lugdunensis eccl. (*A*. 25, f. 110 b; *V*. 81, ep. 1760.)

Ut s. T. XII, XIV.

25641. — *Leoni de Capdenaco*, mon. monast. Figiacensis, ord. Cluniacensis, Caturcen. di., gratia exsp. decanatus, prioratus, administr., off. vel benef., c. c. vel s. c., (150 l. t.), ad collat. abbatis et conv. ipsius monasterii supplic., et ipsius mon. assignari consueti. — I. e. m. ep.o Colimbriensi, et abbati monast. s. Victoris Massilien., ac cantori eccl. Albiensis. (*A*. 25, f. 135 b; *V*. 81, ep. 1812.)

Ut s. T. XI, XIII.

25642. — *Marmeto de Mallio de Passier* prov. canon. eccl. Sedunensis sub exsp. præb. cum fructibus, qui « canonia » ibidem vulgariter nuncupantur; non obst. gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. ad collat. ep.i Gebennensis. — I. e. m. priori de Satigniaco, Gebennen. di., et cantori Gebennen., ac Manueli de Flisco, can. Atrebatensis eccl. (*A*. 25, f. 144 a; *V*. 81, ep. 1833.)

Ut s. T. XI, XIII.

25643. — *Joanni nato Roberti de s. Germano, civis Gebennensis*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Lausanensis. — I. e. m. abbati monasterii s. Mauritii Aganensis, et priori Satigniaci, Sedunen. et Gebennen. di., ac Manueli de Flisco, can. Atrebaten. eccl. (*A*. 25, f. 138 b; *V*. 81, ep. 1919.)

Ut s.

25644. — *Bisiano de Leomania, nato quond. Guastonis de Leomania mil.*, collatio canon. eccl. Agennensis sub exsp. præb. — I. e. m. archiep.o Aquensi, et abbati monast. Clariaci, Agennen. di., ac Ayssino de Faudoas, can. Tolosanæ eccl. (*V*. 81, ep. 2051.)

Ut s. T. XX.

25645. — *Prædictis judicibus executoribus* mand. pro receptione Guastonis, nati quond. Guastonis de Leomania mil. Montisalban. di., in eccl. Auxitana, O. S. A. (*A*. 25, f. 301 b; *V*. 81, ep. 2261.)

15 jun. 1326. (XVII kal. jul.) T. XI, XIII.

25646. — *Bernardo de Porta*, clerico Condomiensis di., gratia exsp. benef. c. c. vel (s. c. 50 l. t.) in civit. vel di. Condomien., pertin. ad collat. ep.i Condomiensis; non obst. duabus portionibus, parvis præbendis in illis partibus nuncupatis, in eccl. s. Caprasii Agennensis. — I. e. m. priori s. Caprasii, et Guillelmo de Prato, Agennen., ac Petro de Boscheto, Cavallicen. eccl. canonicis. (*A*. 25, f. 116 a; *V*. 81, ep. 1764.)

Ut s. T. XVI.

25647. — *Guidoni abbati monast. Classen., ord. Camaldulen., Ravennaten. di.*, facul. recipiendi benedictionem a quocumque maluerit antistite. (*A*. 25, f. 146 b; *V*. 81, ep. 1838.)

Datum Avenione

13 jun. 1326.
xviii kal. jul.
T. XI, XIII.

25648. — *Bernardo dicto Creye de Arlem* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Oldensalen., Trajectensis di. — I. e. m. Zutphanien., et Embricen., Trajecten. di., decanis, ac mag. Jacobo de Mutina, Papæ cap., scolast. Tullensis eccl. (*A*. 25, f. 617 ᵇ; *V*. 81, ep. 1846.)

Ut s.
T. XVI.

25649. — *Guillelmo abbati monast. Arularum, Cluniac. ord., Elnen. di.*, indult. recipiendi benedictionem a quocumque maluerit antistite. (*A*. 25, f. 164 ᵃ; *V*. 81, ep. 1879.)

Ut s.
T. XI, XIII.

25650. — *Joanni de Visulio* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Lazari Avalonensis, Æduen. di. — I. e. m. decano Sedelocen., Æduen. di., et Petro de Vigono, can. Novarien., Papæ scriptori, ac officiali Bisuntinæ eccl. (*A*. 25, f. 181 ᵃ; *V*. 81, ep. 1921.)

Ut s.
T. XIV, XVI.

25651. — *Petro de s. Martiali*, mon. monasterii Cluniacensis, Matisconen. di., gratia exsp. prioratus conventualis consueti monachis præfati monast. assignari, et ad abbatis et conv. ejusdem monast. collationem pertinentis; supplicante Petro Cluniacensis monast. abbati, cum obligatione dimittendi prioratum conventualem de Longoponte, Cluniacen. ord., Parisiensis di. — I. e. m. s. Papuli et Sarlaten. ep.is, ac sacristæ Avenionensi. (*A*. 25, f. 252 ᵃ; *V*. 81, ep. 2111.)

16 jun. 1326.
xvi kal. jul.
T. XL.

25652. — *Gilberto de Balaguerio* confirmatur processus ab executoribus litterarum apost. factus pro collatione canon. et præb. eccl. Albiensis, vacantium per obitum Bernardi Oliverii et propter diutinam vacationem S. A. disposit. devolutorum, quæ collatio ipsi per Papam facta fuit, licet ab aliquibus asseratur quod non per ejusd. Bernardi, sed forsan alicujus alterius, nec pro certo sciatur per cujus obitum dicta canon. et præb. vacent; non obst. quod benef. s. c. ad collat. ep.i Ruthenensis expectet. (*A*. 25, f. 153 ᵃ; *V*. 81, ep. 1859.)

Ut s.
T. XX.

25653. — *Willelmo de Hovel*, clerico Colonien. di., habilitatio super eo quod, vicesimum annum agens, parochialem eccl. de Dornich, Colonien. di., (6 march. arg.), assecutus fuit et per decem annos tenuit ad sacros ord. non promotus; cum remissione fructuum perceptorum, dummodo dictam eccl. realiter dimittat. (*A*. 25, f. 189 ᵇ; *V*. 81, ep. 1959.)

Ut s.
T. XII, XIV.

25654. — *Willelmo de Hovel* provisio canon. sub exsp. præb. eccl. Monasteriensis. — I. e. m. Xancten. et Vischelen., Colonien. di., decanis, ac mag. Jacobo de Mutina, scolast. Tullensis eccl., Papæ cap. (*A*. 25, f. 195 ᵇ; *V*. 81, ep. 1961.)

Ut s.
T. IV[bis].

25655. — *Thomas ep.us Cesenatensis* transfertur ad eccl. Anconitan., vacantem per obitum Nicolai, cassata prius electione Francisci, can. Anconitani, quæ contra generalem reservationem de omnibus eccl. cathedralibus in terris R. E. consistentibus per capit. ignoranter celebrata fuit. — I. e. m. capit. eccl. Anconitan.; clero et populo civit. et di. (*A*. 24, f. 352 ᵇ; *V*. 81, ep. 2324.)

Ut s.
T. XL.

25656. — *Ep.o Zwerinen.* mand. ut electionem Henrici de Bliderstorp, mon. monasterii S. M. in Rossenvelde, ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., Bremensis di., in abbatem ejusdem monast. per obitum Tiderici vacantis, prævia inquisitione super qualitate personæ, auct. apost. confirmet, eique benedictionis munus impendat. (*A*. 25, f. 290 ᵃ; *V*. 81, ep. 2796.)

Ut s.
T. XI, XIII.

25657. — *Simoni nato Arnoldi de Arlinio* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Simeonis Treverensis, consid. Joannis regis Bohemiæ. — I. e. m. ep.o Pragensi, et B. M. Lucemburgen., ac s. Villebrordi Epternacen. monast. abbatibus, Treverensis dioecesis. (*A*. 25, f. 639 ᵃ; *V*. 81, ep. 2899.)

Ut s.
T. XI, XIII.

25658. — *Rubino Pynnus de Lucemburch*, thesaurario Joannis Bohemiæ regis, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. de Monasterio Meynvelt, Treverensis di., non obst. ca-

Datum *Avenione*.

non. sub exsp. præb. eccl. B. M. Magdalenæ Virdunensis. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 659 [a]; *V*. 81, ep. 2931.)

17 jun. 1326. (xv kal. jul.) T. XI, XIII

25659. — *Guillelmo de Riceto*, Papæ familiari, collatio motu proprio hospitalis de Salarone, Magalonensis di., ante obitum Thomæ Blesii per P. P. dispositioni suæ reservati. — I. e. m. ep.o Theatino, et archid. Figiacen. in eccl. Caturcen., ac Arnaldo de Petrilia, can. Turonen. eccl. (*A*. 25, f. 194 [a]; *V*. 80, ep. 1486.)

Ut s. T. XXIV, XXVI.

25660. — *Petro ep.o Ruthenensi* indult. visitandi per alium loca ecclesiast. suarum civit. et di., attento quod propter diversas et arduas quæstiones, quas pro defensione jurium suæ ecclesiæ cum quibusdam potentibus habet, pluries extra suas civit. et di. ipsum proficisci oportet; supplic. Conchen., Bonæcumbæ et Bonævallis, S. B. et Cisterc. ord., monast. abbatibus, ac decano de Varinhio, et majoris, s. Antonini et Conchen. Ruthenen. archid.is, ac Villæfranchæ, de Sudibus et Conchen. archipr.is, suæ di., capitulo quoque ejusd. Ruthenensis eccl. — I. e. m. Vabren. et s. Flori ep.is, ac abbati monast. de Maurtio, s. Flori di. (*A*. 25, f. 104 [a]; *V*. 81, ep. 1734.)

Ut s. [1] T. L.

25661. — *S. Joannis de Burgo s. Sepulchri et Subcastelli monast. abbatibus, ac archipr. plebis ejusd. loci de Burgo s. Sepulchri, Civitatiscastelli di.*, mand. ut confirment electionem Benvenuti, mon. monast. s. Joannis de Marsano, O. S. B., dictæ di., in abbatem ejusdem monast. vacantis per obitum Tani, in discordia cum Joanne Amadoris, dicti monast. monacho, per conv. celebratam priusquam Papa provisiones abbatiarum et monast. in partibus Tusciæ consistentium disposit. suæ reservaret, et post hujusmodi reservationem ab ep.o Civitatiscastelli ac cessionem præfati Joannis confirmatam. (*A*. 25, f. 114 [a]; *V*. 81, ep. 1744.)

Ut s. T. XXIV.

25662. — *N. v. Joanni, d.no de Milliaco, et n. m. Mariæ, natæ quond. Gervasii de Milliaco, ejus uxori, Belvacensis di.*, dispens. super IV° consanguin. gradu in matrim. non ignoranter contracto, supplic. Carolo R. et ejus consorte, R. F. et N. (*A*. 25, f. 113 [b]; *V*. 81, ep. 1800.)

Ut s. T. XVI.

25663. — *Bertrando s. Marcelli presb. card., S. A. legato*, mand. ut Francisco Scoto, civi Placentino, ambasciatori communis civitatis Placentinæ, justitiæ complementum exhibeat contra Manfredum de Lando, fautorem filiorum Mathæi Vicecomitis de Mediolano, de hæresi condemnatum, civem Placentinum, qui jam a XX annis castrum Zavatarelli, ad ipsum Franciscum pertinens, occupatum detinet ac residet in eodem, et proventus usque ad valorem 350 flor. auri annuatim ex illo percipit. (*A*. 25, f. 145 [a]; *V*. 81, ep. 1848.)

Ut s. T. XVI.

25664. — *Eid.* mand., supplic. prædicto Francisco, ut justitiæ complementum exhibeat super eo quod, cum quondam Maxonus Ferrabos, civis Placentin., non absque mortis periculo, III annis elapsis, perforasset muros civitatis Placentinæ quando n. v. Verzusio de Lando de Placentia cum militibus Ecclesiæ civitatem cepit eamdem, commune ipsius constituerunt eid. Maxono 500 flor. auri, solemni super hoc deliberatione secuta, qui nondum soluti fuerunt non obst. quod duæ superstites filiæ inopes et innuptæ remanserint. (*A*. 25, f. 145 [a]; *V*. 81, ep. 1849.)

Ut s. T. XI, XIII.

25665. — *Jacobo nato Jacobi de Vicino*, cler. Placentino, gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., etiamsi dign., vel personatus seu off. existat in civit. vel di. Aquilegen., pertin. ad collat. patriarchæ Aquilegensis. — I. e. m. majoris, et s. Joannis majoris Placentin. præp., ac Buxolo de Parma, Papæ cap., canonico Tornacensis eccl. (*A*. 25, f. 145 [a]; *V*. 81, ep. 1850.)

1. Reg. Vat. = xv kalendas junii.

Datum Avenione

17 jun. 1326 / xv kal. jul. / T. XX

25666. — *Bertrando s. Marcelli presb. card., S. A. legato*, mand. ut Francisco Scoto, civi Placentino, ambasciatori communis civitatis Placentinæ, justitiæ complementum exhibeat super 16000 flor. auri per quondam Albertum, patrem ejus, dicto communi mutuatis tempore quo protector et defensor eorum extitit. (*A*. 25, f. 151^{b}; *V*. 81, ep. 1855.)

Ut s. / T. XI, XIII.

25667. — *Gabrieli de Rochabarilibus* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Salamantinæ; non obst. in eccl. Ispalensi canon. sub exsp. præb. ac præstimoniorum et præstimonialium portionum. — I. e. m. præp. Placentinæ, et Bosolo de Parma, Tornacen., ac Gotio de Arimino, Ravennaten. can. eccl. (*A*. 25, f. 154^{b}; *V*. 81, ep. 1861.)

Ut s. / T. XI, XIII

25668. — *Antonio, nato n. v. Janacii Sagimbene de Placentia*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Parmensis. — I. e. m. majoris, et s. Joannis de Domo Placentin. præp., ac Bosolo de Parma, can. Tornacen. eccl., Papæ cap. (*A*. 25, f. 155^{a}; *V*. 81, ep. 1863.)

Ut s. / T. XI, XIII.

25669. — *Justino nato Manuelis Scoti de Placentia* similis gratia in eccl. Vercellensi. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 156^{a}; *V*. 81, ep. 1864.)

Ut s. / T. XX.

25670. — *Præp. baptisterii s. Joannis Parmen., et archipr. plebis de Colliculo, Parmen. di., ac Bosolo de Parma, Papæ cap., can. Tornacen. eccl.*, mand. ut Malgarinam, natam quondam Pauli Adigherii de Adigheriis, civis Parmensis, puellam litteratam, recipi faciat in monast. s. Pauli Parmensis, O. S. B., cum aliqua monialis deerit de numero ibidem instituto. (*A*. 25, f. 169^{a}; *V*. 81, ep. 1892.)

Ut s. / T. XI, XIII

25671. — *Alberto nato quond. Guiscardi de Castello* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., etiamsi dign. vel personatus existat, in civit. vel di. Parmen., pertin. ad collat. ep.i Parmensis; cum obligatione dimittendi eccl. s. Prosperi Parmensis, si benef. c. c., aut dign. vel personatum obtinuerit. — I. e. m. supradictis judicibus executoribus. (*A*. 25, f. 169^{a}; *V*. 81, ep. 1893.)

Ut s. / T. XI, XIII

25672. — *Joanni Simoni, nato Bernardini de Cernazono de Roblanno*, cler. Parmensi, gratia exsp. benef. s. c. (50 flor. auri) in civit. vel di. Veronen., pertin. ad collat. ep.i Veronensis. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 167^{a}; *V*. 81, ep. 1896.)

Ut s. / T. XI, XIII

25673. — *Rolandino nato Francischini Mazolæ*, clerico Parmensi, gratia exsp. benef. similis in civitate vel di. Paduan., pertin. ad collat. ep.i Paduani. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 167^{b}; *V*. 81, ep. 1897.)

Ut s.

25674. — *Bertrando de Lomania* collatio canon. sæcul. eccl. s. Caprasii Agennensis sub exsp. præb. — I. e. m. archiep.o Aquensi, et abbati monast. de Claraco, Agennen. di., ac Ayssino de Faudoas, can. Tolosan. eccl. (*V*. 81, ep. 2048.)

Ut s. / T. XII, XIV

25675. — *Arnaldo de Lomania* collatio eccl. s. c. de Villatraverio, Carcassonensis di., vacantis per resignat. Hispani nati quondam Gastonis de Lomania quæ apud S. A. sponte facta fuit; non obst. in ecclesia Albiensi canon. et præb. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 266^{b}; *V*. 81, ep. 2156.)

18 jun. 1326 / xiv kal. jul. / T. XVI

25676. — *Bertoldo abbati monasterii S. M. de Rambona, O. S. B., Camerinensis di.*, facultas recipiendi benedictionem a quocumque maluerit antistite. (*A*. 25, f. 98^{b}; *V*. 81, ep. 1795.)

Ut s. / T. XI, XIII

25677. — *Borzutæ de Rziedchostz* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Olomucensis. — I. e. m. abbati monast. Brewnovien., Pragen. di., et præp. Pragen., ac decano Poznanien. ecclesiarum. (*A*. 25, f. 410^{a}; *V*. 81, ep. 1899 C.)

Ut s. / T. XI, XIII

25678. — *Emmelrico Sapientis*, can. præbendario eccl. Nuhusen. extra muros Wormacien., prov. canon. eccl. s. Martini Wormaciensis sub exsp. præb., dign., personatus aut off. c. c. vel s. c., consid. Joannis regis Bohemiæ. — I. e. m. s. Pauli Wormacien., et Aschaffenburgen., Maguntinæ di., decanis, ac mag. Ambrosio de Mediolano, can. Mediolanen. eccl. (*A*. 25, f. 225^{a}; *V*. 81, ep. 2006.)

Datum *Avenione.*

18 jun. 1326. (xiv kal. jul.)

25679. — *Stephano Chaumeronis de Pratogileberti* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Verani de Jargolio, Aurelianensis di. — I. e. m. abbati monast. s. Germani Autisiodoren., et Petro Albi ac Joanni Ohalardini, can. eccl. Autisiodoren. (*V.* 81, ep. 2096.)

Ut s.

25680. — *Petro nato Joannis Parvi de Maillicastro* similis gratia in ecclesia B. M. de Monteregali, Æduensis di. — I. e. m. ut s. (*V.* 81, ep. 2097.)

Ut s.

25681. — *Joanni de Alneto alias de Byone*, clerico et procuratori Joannis regis Bohemiæ, gratia exsp. benef. s. c. (40 l. t.), etiamsi dign., vel personatus et in cathedrali vel collegiata eccl. existat, ad collat. ep.i Ambianensis; parochialem autem eccl. B. M. de Guillebervilla, Bajocensis di., si dign. vel personatum obtinuerit, dimittere teneatur. — I. e. m. ep.o Pragensi, et Thomæ Galli, Abrincen., ac Andreæ Pepin, Ambianen. eccl. canonicis. (*V.* 81, ep. 2099.)

Ut s. T. XI, XIII.

25682. — *Guillelmo de Griperia* reservantur canon. et præb. eccl. Laudunen., vacatura per consecrat. Joannis el. Atrebatensis; non obst. canon. sub exsp. præb. eccl. Rothomagen., et quadam capell. in capella regali Parisiensi. — I. e. m. decano Parisiensis, et præp. Valentinæ, ac Stephano de Norvila, can. ejusdem Parisiensis eccl. (*A.* 25, f. 540 b; *V.* 81, ep. 2696.)

Ut s. T. XXIV.

25683. — *Henrico de Ispania*, archid. de Josaya in eccl. Parisiensi, indult. ut usque ad quinquennium Parisiis cum duobus, quos elegerit, aut in aliis locis in quibus studium vigeat generale, jura civilia audire possit. (*A.* 25, f. 543 b; *V.* 81, ep. 2701; Denifle et Châtelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 292, n. 855.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

25684. — *Rainaldo de Griperia* reservantur canon. et dimidia præb. eccl. Belvacen., vacatura per consecrat. Joannis el. Atrebaten.; cum obligatione dimittendi canon. sub exsp. præb. ejusd. ecclesiæ. — I. e. m. priori Castrifortis, Parisien. di., et præp. Valentinæ, ac Stephano de Norvilla, can. Parisien. eccl. (*A.* 25, f. 544 a; *V.* 81, ep. 2702.)

Ut s. T. XI, XIII.

25685. — *Jacobo de Ispania* reservantur canon. et præb. eccl. Atrebaten. vacatura ut s.; non obst. canon. sub exsp. præb. eccl. Ambianensis, et defectu natalium, cum sit de ligato genitus et soluta, super quo jam dispensatus extitit. — I. e. m. ut s. (*A.* 25, f. 545 a; *V.* 81, ep. 2703.)

19 jun. 1326. (xiii kal. jul.) Gr. pro pers. card.

25686. — *Petro s. Susannæ presb. card.* collatio prioratus s. Guidualdi, O. S. B., spectantis immediate ad monasterium Rothonen., ejusd. ord., Veneten. di., qui vacat per obitum apud S. A. Rainaldi ep.i Ostien., non obst. quod per mon. dicti ord. sit solitus gub.; cum dispens. super plural. beneficiorum. — I. e. m. ep.o Venetensi, præp. Avenionen., et cantori Briocensis eccl. (*A.* 25, f. 144 b; *V.* 81, ep. 1830.)

Ut s. T. XI, XIII.

25687. — *Petro Pellerini*, mon. monast. Insulæ barbaræ, O. S. B., Lugdunen. di., gratia exsp. prioratus, administr., off. vel benef. c. c. vel s. c., consueti per monachum ipsius monasterii gub., et ad abbatis et conv. collationem pertinentis; cum obligatione dimittendi prioratum de Salono, dicti ord., Ebredunensis di., ad collat. dicti abbatis spectantem. — I. e. m. abb. monast. Athanacen. Lugdunen., et priori s. Irenæi, Lugdunen. di., ac sacristæ eccl. Viennensis. (*A.* 25, f. 164 b; *V.* 81, ep. 1887.)

Ut s. T. XVI.

25688. — *Arnaldo s. Eustachii diac. cardinali* facul. recipiendi a Guillelmo de Vassilliaco resignat. camerariæ eccl. sæcularis s. Pauli Lugdunensis, canonicatu et canonicali portione, ac aliis juribus quæ in eadem eccl. obtinet et non sunt de redditibus camerariæ prædictæ retentis. (*A.* 25, f. 192 b; *V.* 81, ep. 1960.)

Ut s. T. XVI.

25689. — *Eidem* facul. recipiendi a Guillelmo de Sura resignat. cantoriæ eccl. Lugdunensis, canonicatu, canonicali portione et aliis juribus quæ in eadem eccl. obtinet et non sunt de redditibus cantoriæ prædictæ retentis. (*A.* 25, f. 208 b; *V.* 81, ep. 1972.)

Datum Avenione

19 jun. 1326 (xiii kal. jul.) T. XVI.

25690. — *Eidem* similis facultas pro resignatione archidiac. eccl. Lugdunensis a Theobaldo de Vassalliaco facienda, retentis, ut supra dictum est, canon. et canonicali portione ejusd. eccl., etc... (*A*. 25, f. 208 [a]; *V*. 81, ep. 1973.)

T. XI, XIII

25691. — *Arnoldo de Estorpe* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Martini Mindensis. — I. e. m. abbati monast. de Insula extra muros, et præp. Hamelen. Minden., ac mag. Nicolao de Fractis, litt. apost. correctori, can. Patracen. eccl. (*A*. 25, f. 201 [a]; *V*. 81, ep. 1986.)

T. XIII, XV

25692. — *Arnoldo Wlomen et Arnoldo de Bardewich, civibus Lubicen.*, conc. ut jus patronatus capellaniæ per quondam Albertum de Bardewich, civem Lubicen., institutæ in paroch. eccl. B. M. Lubicen., necnon aliarum capell. in ead. eccl. per præfatum Arnoldum Wlomen instituendarum ad eos, donec vixerint, pertineat, eisque sublatis de medio ad hæredes ejusd. Arnoldi Wlomen devolvatur. — I. e. m. abbati monast. de Reynevelde, et decano Hamburgen., Lubicen. et Bremen. di., ac præp. Razzeburgen. eccl. (*A*. 25, f. 628 [b]; *V*. 81, ep. 2875.)

T. XI, XIII

25693. — *Simoni nato n. v. Simonis de Lippia* prov. canon. eccl. Monasteriensis sub exsp. præb., dign., personatus aut off. c. c. vel s. c. — I. e. m. abbati monast. de Insula extra muros Minden., et præp. eccl. Hamelen., Minden. di., ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen., litt. apost. correctori. (*A*. 25, f. 629 [b]; *V*. 81, ep. 2877.)

T. XI

25694. — *Præp. eccl. Bunnen., Colonien. di.*, mand. ut recipiat resignat. a Wernero de Adorf de canon. et præb. Padeburnen., et a Theoderico, nato Hermanni de Scarpenberch mil., can. præben. ecclesiæ in Bechein, Monasterien. di., de canon. et præb. in Meschede, Colonien. di., ecclesiarum, et ipsi eadem canon. et præb. juxta permutationem conferat. (*A*. 25, f. 634 [b]; *V*. 81, ep. 2287.)

T. XI, XIII

25695. — *Adæ de Campellis* collatio canon. et præb. eccl. S. M. de Tutela, Tirasonen. di., vacantium per resignat. magistri Petri de Condeto apud S. A. sponte factam; non obst. paroch. eccl. de Guerardo Melden., et in paroch. de Dompnamaria in Montesio, Senonen. di., ac in Parisien. eccl. capellaniis. — I. e. m. abbati monast. s. Siri Januensis, et priori de Rocidavalle, Pampilonen. di., ac decano eccl. Parisiensis. (*A*. 25, f. 431 [b]; *V*. 81, ep. 2467.)

T. XII

25696. — *Guillelmus de Frescobaldis*, thesaurarius eccl. Florentin., fit Papæ capellanus. (*A*. 25, f. 266 [a]; *V*. 80, ep. 698.)

T. XXIX

25697. — *N. v. Guillelmo de Sabrano, Ariani et Apulie comiti, ac n. m. Franciscæ natæ n. v. comitis Celani* dispensatis super ɪvᵒ affinitatis gradu provenientis ex eo quod quondam Roberta de s. Georgio, prior uxor dicti Guillelmi, eidem Franciscæ in ɪvᵃ consanguin. linea attinebat, ut matrim. per verba de præsenti contractum consummare valeant; supplicante Sancia regina Siciliæ. (*A*. 25, f. 128 [b]; *V*. 81, ep. 1793.)

T. XXX.

25698. — *N. v. Petro de Vas., d-no Calvineti, s. Flori di.*, facultas construendi monast. sororum Minorissarum, ord. s. Claræ, ad numerum duodenum, in loco de Granayraco prope Petratiam, Ruthenen. di., qui olim ad quondam Eustachium de Bellomarkesio, tunc dominum Calvineti, et nunc ad ipsum Petrum pertinet, prout idem Eustachius in suo testamento ordinavit, legando sororibus ipsis 100 l. t. annui et perp. redditus pro victu et necessariis, et 500 l. t. pro constructione monasterii semel solvendarum. (*A*. 25, f. 120 [b]; *V*. 81, ep. 1796. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 303, n. 617.)

T. XI, XIII

25699. — *Nicolao Bertholi de Robertis dicti Tripoli* collatio canon. et præb. eccl. Reginæ, vacantium per consecrat. Guidonis epi Mutinensis, licet a Bentivengua de la

Datum *Avenione.*

Plaza de Arimino de facto detentorum. — I. e. m. ep.o Parmensi, et archid. Regin., ac Bosolo de Parma, Papæ cap., can. Tornacen. eccl. (*A*. 25, f. 148 b; *V*. 81, ep. 1843.)

20 jun. 1326. (XII kal. jul.) T. XI, XIII.

25700. — *Guillelmo nato Lambertini de Perdice* provisio canon. sub exsp. præb. eccl. Bononiensis. — I. e. m. præp. baptisterii s. Joannis Parmensis, et archipr. de Colliculo, Parmen. di., ac Bosolo de Parma, can. Tornacensis eccl., Papæ cap. (*A*. 25, f. 150 b; *V*. 81, ep. 1854.)

Ut s. T. XI, XIII.

25701. — *Petro de Clusello* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Turonensis; non obst. in sæcul. de Castro Bituricen. cum officio cantoriæ, et in B. M. Novæ de Capella, Lemovicensis di., eccl., canon. sub exsp. præb. — I. e. m. archiep.o Bituricensi, et decano de Castro Bituricen., ac Ademaro Roberti, can. Turonensis eccl. (*A*. 25, f. 162 b; *V*. 81, ep. 1869.)

Ut s. T. XI, XIII.

25702. — *Petro Rainaudi* similis gratia in ecclesia de Castro Bituricen.; non obst. in ead. eccl. quadam vicaria seu semipræbenda, et eccl. c. c. de Bivonolio, Bituricen. di. — I. e. m. s. Ambrosii et s. Sulpitii Bituricen. monast. abb., ac officiali Bituricensi. (*A*. 25, f. 162 b; *V*. 81, ep. 1870.)

Ut s. T. X, XII.

25703. — *Bernardo Bertrandi* collatio paroch. eccl. de Merindolio, Cavallicen. di., (16 l. t.), ante obitum Bertrandi Orgolei per P. P. disposit. suæ reservatæ. — I. e. m. archid. Figiacen. Caturcen., et Petro de Meunaco, ejusd. Caturcen., ac Bertrando Milonis, Carpentoraten. can. eccl. (*A*. 25, f. 163 b; *V*. 81, ep. 1888.)

Ut s. T. XII, XIV.

25704. — *Joanni Geraldi de Taverne de Numalia*, cler. Leodien. di., gratia exsp. benef. sæcul. (c. c. 80 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Leodien., pertin. ad collationem abbatis et conv. monast. Stabulensis, O. S. B., dictæ di.; non obst. quod de benef. c. c. vel s. c. ad collat. abbatis sæcul. ecclesiæ B. M. Dyonensis, dictæ di., provisus sit; quæ quidem benef., si se compatiantur invicem, recipiat et retineat. — I. e. m. abb. monast. s. Jacobi, et decano s. Crucis Leodien., ac mag. Jacobo de Mutina, Papæ cap., can. Cameracen. eccl. (*A*. 25, f. 213 a; *V*. 81, ep. 1979.)

Ut s.

25705. — *Lucæ S. M. in Via lata diac. card.* mand. ut a mag. Joanne quondam Stephani de Alzate recipiat resignationem canon. et præb. eccl. s. Euphemiæ de Insula, Cumanæ di. (*V*. 81, ep. 2041.)

21 jun. 1326. (XI kal. jul.) T. XXIV.

25706. — *Arnaldo de Roseto, can. Xanctonen. eccl.*, collectori decimarum in partibus Lombardiæ per S. A. deputato, mand. ut de cætero non molestet clerum civitatis et di. Parmen. super 1200 flor. auri propter residua sexennalis et triennalis decimarum per S. A. impositarum, cum sit incendiis et variis aliis laboribus et expensis attritus; quos quidem florenos, attentis expensis faciendis ab Hugolino ep.o Parmensi propter favorem et defensionem sui et eccl. suæ ac devotorum R. E., Papa ipsi in hujusmodi onerum relevationem concedit. (*A*. 25, f. 150 a; *V*. 81, ep. 1839.)

Ut s. T. XXVI.

26328. — *Francisco Plana* gratia exsp. benef. c. c. vel (s. c. 50 lib. barchinonen.) in civit. vel di. Dertusen., pertin. ad collat. ep.i Dertusensis; non obst. perp. capell. eccl. de Villaomala, s. c., Gerunden. di., (15 lib. barchinonen.). — I. e. m. præp. Terraconensis, et archid. S. M. de Mari Barchinonen., ac Petro de Abbatia, can. Valentinæ eccl. (*A*. 25, f. 619 [b]; *V*. 81, ep. 2850.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

26329. — *Mathæo nato n. v. Joannis de Columpna* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Amati Duacensis, Atrebaten. di.; non obst. defectu natalium quem patitur, cum sit de conjugato et soluta genitus, super quo jam fuit per alias litteras apost. dispensatus. — I. e. m. abbati monast. s. Laurentii extra muros Urbis, et præp. Massilien., ac scolast. Atrebaten. eccl. (*A*. 25, f. 648 [a]; *V*. 81, ep. 2912.)

Ut s. T. X, XII.

26330. — *Laurentio nato Petri de Meta Judicis* collatio canon. eccl. s. Cæciliæ de Urbe in qua, licet sit certus can. numerus, præb. tamen distinctio non habetur. — I. e. m. abbati monast. s. Gregorii, et priori basilicæ ad Sancta Sanctorum de Urbe, ac præp. eccl. Massiliensis. (*A*. 25, f. 648 [b]; *V*. 81, ep. 2913.)

Ut s. T. X, XII.

26331. — *Nicolao nato n. v. Pauli de Sobactariis* similis gratia in eccl. s. Angeli in foro piscium de Urbe in qua, licet sit certus can. numerus, præb. tamen non habetur distinctio. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 649 [a]; *V*. 81, ep. 2914.)

Ut s. T. XI, XIII.

26332. — *Joanni, nato n. v. Odonis Bertuldi Bobonis*, collatio canon. eccl. s. Agathæ de Urbe in qua, licet sit certus can. numerus, præb. tamen distinctio non habetur; non obst. clericatu eccl. s. Thomæ de Ispanis de dicta Urbe, quem dimittere tenetur. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 650 [a]; *V*. 81, ep. 2915.)

Ut s. T. XI, XIII.

26333. — *Joanni nato n. v. Jacobi Jordani de Columpna* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Lateranensis. — I. e. m. ut s. (*A*. 25, f. 650 [b]; *V*. 81, ep. 2916.)

Ut s. T. XI, XIII.

26333 *bis*. — *Cecco, nato Brancæ Cinthii Malabranchæ de Urbe*, prov. canon. sub exp. præb. s. Piati (*reg.* Petri) Siclinensis, Tornacensis di. — In e. m. s. Laurentii

1. In margine regestri Avenionensis legitur : « *Cassata est in papiro et in pargameno de mand. d.ni vicecancellarii* » et regestri Vaticani : « *Cassata est de mand. domini vicecancellarii.* »

Datum *Avenione*.

foris muros Urbis et de Falanpin, Tornacen. di., monast. abbatibus, ac Agapito de Columpna, archid. Lomberiensi. (*A*. 31, f. 442 b; *V*. 88, f. 217 a, ep. 3571.)

26 aug. 1326 (vii kal. sept.) T. XXIV.

26334. — *Hugoni ep.o Parisiensi* mand. ut, si fieri poterit, absolvat n. v. Philippum comitem Valesii a juramento per ipsum præstito de observanda dispositione per quondam Carolum, comitem Valesii, ipsius patrem, facta de bonis hæreditariis suis inter eumdem Philippum et Carolum aliosque liberos ac ejusd. patris uxorem dividendis; quæ quidem divisio post mortem ipsius patris, amicabili eorumdem concordia, certis modis et formis extitit immutata. (*A*. 25, f. 408 a; *V*. 81, ep. 2420.)

Ut s. T. LXXX.

26335. — Ordinatio per quam capitulum eccl. s. Pontii Thomeriarum ac priores prioratuum, eid. eccl. subjectorum, O. S. B., ac alii beneficiati ejusd. eccl. tenentur de omnibus proventibus eorum ecclesiast., non deductis proventuum oneribus, solvere et dare decimam integram, semel dumtaxat, Raimundo ep.o s. Pontii Thomeriarum, pro subsidio ipsi per P. P. dudum concesso; cum absolutione ad cautelam ab excom. per dictos capit. et priores ob non solutionem dicti subsidii incursa. (*A*. 25, f. 505 a; *V*. 81, ep. 2603.)

Ut s.

26336. — *Theoderico de Essende, cler. Colonien. di.*, indulgetur ut usque ad quinquennium fructus canon. et præb. s. Andreæ Colonien. et Zeflicen., Colonien. di., eccl. nuper ipsi collatorum, integre percipiat absque residentia, causa studii. — — I. e. m. s. s. Apostolorum et s. Georgii Coloniensis scolast., ac Jacobo de Mutina, can. Cameracen. eccl., Papæ capellano. (*V*. 81 [1], ep. 2774; Sauerland (*Rheinlande*), n. 1036, p. 465.)

27 aug. 1326. (vi kal. sept.) T. XXX.

26337. — *Raimundo patriarchæ Jerosolimitano* facul. conferendi tabellionatus off. iv cler. non conjugatis nec in sacris ord. constitutis. (*A*. 24, f. 119 b; *V*. 80, ep. 1532.)

Ut s. T. XL.

26338. — *Archiep.us Nicosien., Paphen. et Famagustan. ep.i* dantur ut judices conservatores ad quinquennium Raimundo patriarchæ Jerosolimitano et administratori eccl. Nimociensis. (*A*. 24, f. 109 b; *V*. 81, ep. 1899 B.)

Ut s. T. XXIV, XXVI.

26339. — *Raimundo patriarchæ Jerosolimitano*. Unitur mensæ suæ patriarchali, quamdiu tamen præfuerit eccl. suæ Jerosolimitanæ a Sarracenis occupatæ, ecclesia s. Sepulchri de Aquapendente, Urbevetanæ di., per can. ejusd. eccl. Jerosolimitanæ ac fratres Sepulchri Dominici, per priorem et capit. ipsius Jerosolimitanæ eccl. deputatos, solita gub. et apud S. A. per consecrat. b. me. Franscisci ep.i Firmani vacans. — I. e. m. s. Papuli et Appamiarum ep.is, ac archid. Alnisien. in eccl. Xanctonensi. (*A*. 25, f. 393 b; *V*. 81, ep. 2406.)

Ut s. T. XVI.

26340. — *Eidem* licentia testandi. (*A*. 25, f. 396 b; *V*. 81, ep. 2407.)

Ut s. T. XL.

26341. — *Eidem* facultas contrahendi mutuum 2000 flor. auri tam pro suis necessariis quam suæ Jerosolimitanæ et Nimociensis eccl. negotiis apud S. A. utiliter promovendis. (*A*. 25, f. 399 a; *V*. 81, ep. 2409.)

Ut s. T. XX.

26342. — *Hugoni regi Cypri* hortatoria ut 6000 bisantiorum argenti cl. me. Henrico regi Cypri, ipsius patruo, de decimis sexennalibus ad R. E. spectantibus per b. me. Joannem Nimociensem ep.um mutuata, integre restituat Raimundo patriarchæ Jerosolimitano et administratori eccl. Nimociensis qui nuntio apost. illa statim solvere tenetur. (*A*. 25, f. 401 b; *V*. 81, ep. 2411.)

Ut s. T. XXX.

26343. — *Prædictus Raimundus* eximitur a jurisdictione archiep.i, capit. et eccl. Nicosien., metropolitani ipsius eccl. Nimocien. (*A*. 25, f. 407 b; *V*. 81, ep. 2427.)

1. In margine legitur : « *Cassata de mandato d. n. vice-cancellarii.* »

Datum *Avenione.*

27 *aug.* 1326 (VI kal. sept.) T. XXIV.

26344. — *Eidem* indult. visitandi semel cum decenti familia loca sui patriarchatus in partibus Terræ Sanctæ consistentia, quorum cura ad ipsum pertinet, prohibitione quacumque per Romanos Pontifices facta non obstante. (*A*. 25, f. 407 a; *V*. 81, ep. 2428.)

Ut s. T. XXX.

26345. — *Archiep.o Nicosiensi, et Paphen. ac Famagustan. ep.is* mand. ut revocent concessiones pensionum de redditibus eccl. Nimociensis per b. me. Petrum et Joannem, ep.os Nimocien., factas ac per Guillelmum, nunc ep.um Castellanum, tunc pro ep.o Nimociensi postmodum se gerentem, confirmatas, et denuo constitutas diversis personis; instante Raimundo, patriarcha Jerosolimitano, dictæ eccl. administratore. (*A*. 25, f. 408 a; *V*. 81, ep. 2429.)

Ut s. T. LXX.

26346. — *Ep.o Paphensi, et abb. monast. s. Pauli Antiochen., ac officiali Paphen.* mand. ut eximant præfatum patriarcham et successores ejus a solutione decimæ archiep.o Nicosien. solvi consuetæ ratione casalis de Psimolosa, Nicosien. di., ad mensam suam patriarchalem spectantis, dummodo 120 flor. auri non excedat; Jerosolimitana enim ecclesia per Sarracenos occupata existit, et dum ipse patriarcha de bonis eccl. suæ non habet unde decenter sustentari valeat, archiep.us Nicosiensis redditibus valde abundat. (*A*. 25, f. 408 b; *V*. 81, ep. 2430.)

Ut s. T. L.

26347. — *Ep.o Paphensi, et abb. monast. s. Pauli Antiochen., Nimosien. di., ac cantori eccl. Nicosien.* mand. ut eximant Raimundum patriarcham Antiochen. et successores ejus a præstatione decimæ ecclesiæ Paphensi debitæ ratione cujusdam grangiæ seu prastariæ ad patriarchatum suum spectantis et in Paphen. eccl. consistentis, dummodo dicta decima 60 flor. auri valorem annuum non excedat. (*A*. 25, f. 423 a; *V*. 81, ep. 2431.)

Ut s. T. XX.

26348. — *Archiep.o Nicosien., et Paphensi ac Famagustan. ep.is* mand. ut collectorem decimarum in regno Cypri per P. P. deputatum compellant ad restituendum Raimundo, patriarchæ Jerosolimitano ac administratori eccl. Nimocien., quidquid de bonis b. me. Petri, prædecessoris ejus, et de fructibus casalis de Psimolossa, Nimociensis di., ad mensam patriarchalem Jerosolimitanam pertinentis, percepit, vel ad illud retinendum pro solutione decimarum per eumd. patriarcham debitarum. (*A*. 25, f. 422 b; *V*. 81, ep. 2461.)

Ut s. T. XVI.

26349. — *Ep.o, præp. et officiali Albien.* mand. ut compellant Petrum ep.um et capit. Ruthenen. ad restituendum Raimundo, patriarchæ Jerosolimitano, nonnulla bona quæ b. me. Petrus, patriarcha Jerosolimitanus ac ep.us Ruthenen., eorumd. Raimundi et Petri prædecessor, habebat tempore mortis suæ, videlicet : unam crucem duplicem quam dictus patriarcha coram se deferri communiter faciebat, et quemdam baculum pastoralem qui potentia secundum ritum ipsius Jerosolimitanæ eccl. nuncupatur (ista crux et baculum patriarchalis dignitatis insignia existebant et ad Ruthenensem eccl. cum funere in sepultura ipsius Petri patriarchæ delata fuerunt), necnon nonnulla privilegia et scripturas ad ipsam eccl. Jerosolimitanam spectantia et per eosd. Petrum ep.um et capit. detenta. (*A*. 25, f. 461 a; *V*. 81, ep. 2522.)

Ut s.

26350. — *Duranto Capellani*, clerico Mimatensis di., gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Mimaten., pertin. ad collat. ep.i Mimatensis; cassatur gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. ad collat. prioris de Yspaniaco, dictæ di. — I. e. m. præp. Avenionen., et archid. Regen., ac Guillelmo de Cluions, can. Mimatensis eccl. (*V*. 81, ep. 2540.)

Ut s. T. XI 1/2, XIII 1/2.

26351. — *Guillelmo quond. Berteraudi de Montecaveoso* gratia exsp. benef. (50 flor. auri) in civit. vel di. Idrontin., pertin. ad collat. archiep.i Idrontini; consid. Sanciæ reginæ Siciliæ; non obst. in Acherontina et Castellaneten. eccl. canon. et præb., et

Datum Avenione.

in s. Joannis ac s. Petri de Montecaveoso, Castellaneten. et Acherontin. di., eccl. quibusdam benef. (10 flor. auri). — I. e. m. cantori Acherontin., et Nicolao Passaro de Baro, Canusin., ac Rogerio Roberti, Tarentin. can. eccl. (A. 25, f. 610 b; V. 81, ep. 2833.)

29 aug. 1326. (iv kal. sept.) T. XI, XIII.

26352. — *Francisco Joannis* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (50 flor. auri) ad collat. ep.i et capit. Perusin.; cum obligatione dimittendi medietatem eccl. s. Luciæ Perusin. c. c., quæ per duos est consueta gub. rectores, si benef. c. c. obtinuerit. — I. e. m. Ofreducio de Spello, priori Spoletanæ, et Joanni Bevenuti, de Perusio, Aretin., ac Andreæ Bernardi, Clusin. can. eccl. (A. 25, f. 479 a; V. 81, ep. 2537.)

Ut s. T. XX.

26353. — *Abb. monast. s. Petri Corbien., Ambianen. di., et præp. Atrebaten., ac cantori Suessionen. eccl.* mand. pro receptione Mariæ de Alneto, puellæ illitteratæ Morinen. di., in monast. monialium B. M. Suessionensis, O. S. B., in quo certus monialium et conversarum numerus dicitur institutus, si aliqua conversa desit ad præsens vel cum defuerit. (A. 25, f. 606 b; V. 81, ep. 2827.)

30 aug. 1326. (iii kal. sept.) T. XXIV, XXVI.

26354. — *Pontio ep.o Barchinonensi* indult. visitandi per alium ad biennium pers. et loca ecclesiast. suarum civit. et di., et procurationes in pecunia numerata recipiendi. — I. e. m. Majoricen. et Vicen. ep.is, ac præp. eccl. Terraconensis. (A. 25, f. 415 b; V. 81, ep. 2435.)

Ut s. T. XI, XIII.

26355. — *Guillermo de Rupeforti* mon. monasterii de Soricinio, O. S. B., Vauren. di., gratia exsp. prioratus, administr., seu off. aut benef. etiam si habeat curam per sæcularem presb. exercendam, consueti ipsius monast. monachis assignari; non obst. defectu ætatis, (18 an.). — I. e. m. ep.o Convenarum, et archid. de Veterimoresio Tolosan., ac Bernardo de Apiano, can. Magalonen. eccl. (A. 25, f. 461 b; V. 81, ep. 2523.)

Ut s. T. X[illegible], XII [illegible].

26356. — *Stephano Finicordis*, clerico eccl. Tricastrin., collatio canon. eccl. Vivariensis in qua certus can. numerus et præb. distinctio non habentur et clericatum, quem dimittere tenetur, obtinet. — I. e. m. ep.o Tolonensi, et priori s. Saturnini de Portu, Uticen. di., ac sacristæ eccl. Avenionensis. (A. 25, f. 462 b; V. 81, ep. 2525.)

Ut s.

26357. — *Eid.* gratia exsp. benef. s. c. (50 l. t.) in civit. vel di. Vivarien., pertin. ad collationem ep.i Vivariensis. — I. e. m. ut s. (A. 25, f. 462 b; V. 81, ep. 2526.)

Ut s. T. XI, XIII.

26358. — *Ermengaudo de Montearbedone*, mon. eccl. s. Papuli, O. S. B., collatio off. camerarii ejusd. eccl. vacantis per promotionem Girberti ad abbatiam monast. s. Joannis de Pinna, dicti ord., Oscen. di.; cum obligatione dimittendi off. eleemosynariæ ejusd. eccl. — I. e. m. Guillelmo de Duroforti, Anicien., et Gesselino de Cassaneis, Biterren., Papæ capellanis, ac Alberto Lordeti, Mimatensis can. eccl. (A. 25, f. 490 a; V. 81, ep. 2569.)

Ut s. T. XI, XIII.

26359. — *Joannes*, decanus eccl. Corduben., præficitur in ep.um eccl. Lucen., vacantis per translationem Roderici ad eccl. Tudensem. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Lucen.; clero et populo civit. et di.; archiep.o Bracharensi; Alphonso regi Castellæ. (A. 25, f. 507 a; V. 81, ep. 2621.)

31 aug. 1326. (ii kal. sept.) T. XI, XIII.

26360. — *Jacobo de Alamannone*, mon. monasterii s. Petri de Montemajori, O. S. B., Arelatensis di., gratia exsp. prioratus, seu administr., aut off. vel benef., c. c. vel s. c., (120 l. t.), consueti per mon. gub. et ad ipsius monast. abbatem et conv. collationem pertinentis. — I. e. m. ep.o Vencien., et Petro de Ravenna, archid. Ravennaten., ac Jacobo de Mutina, can. Cameracensis eccl. (A. 25, f. 475 a; V. 81, ep. 2580.)

Ut s. T. XI, XIII.

26361. — *Tilmanno, nato Tilmanni dicti Scheffer civis Maguntin.*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Joannis Maguntini. — I. e. m. decano, et cantori, ac Joanni de Fontibus, can. eccl. Maguntinæ. (A. 25, f. 513 a; V. 81, ep. 2623.)

Datum *Avenione*.

31 aug. 1326. (II kal. sept.) T. XI, XIII.

26362. — *Heilmanno, nato Eberhardi de Wattenheim mil.*, similis gratia in eccl. Nuhusen. extra muros Wormacienses. — I. e. m. Maguntino, et s. Germani extra muros Spiren. decanis, ac mag. Ambrosio de Mediolano, can. Mediolanen. eccl. (*A*. 25, f. 513 [b]; *V*. 81, ep. 2625.)

Ut s. T. XI, XIII.

26363. — *Henrico, nato Eberzonis civis Wormaciensis*, similis gratia in eccl. s. Pauli Wormaciensis; non obst. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Stephani Maguntini. — I. e. m. decano, et mag. Sifrido de Hildensheym, can. Wormacien., ac Ambrosio supradicto. (*A*. 25, f. 513 [b]; *V*. 81, ep. 2626.)

Ut s. T. XI, XIII.

26364. — *Sifrido, nato n. v. Gotfridi domini de Eppenstein*, similis gratia in eccl. Maguntina. — I. e. m. abbati monast. s. Albani extra muros Maguntinos, et Engolismen., ac S. M. ad Gradus Maguntin. decanis eccl. (*A*. 25, f. 513 [b]; *V*. 81, ep. 2627.)

Ut s. T. XI, XIII.

26365. — *Diechero nato Eberhardi dicti Rude* similis gratia in eccl. Novimonasterii Herbipolen. — I. e. m. archiep.o et decano Maguntin., ac mag. Ambrosio de Mediolano, can. Mediolanen. eccl. (*A*. 25, f. 514 [a]; *V*. 81, ep. 2629.)

Ut s. T. XXX.

26366. — *Ep.o Constantiensi* mand. ut monasterio Augiæ minoris, ord. Præmonstraten., suæ di., propter discordias in Alamannia subortas et sterilitatem illius terræ multis debitis obligato, uniat paroch. eccl. in Isenbach, dictæ di., (7 march. aug.), in qua abbas et conv. ejusd. monast. jus obtinent patronatus. (*A*. 25, f. 508 [b]; *V*. 81, ep. 2637.)

Ut s. T. XX.

26367. — *Archiep.o Maguntino* mand. ut dispenset Giseberum dictum Vierdeling et Thelam relictam quond. Heymrici de Hallis, oppidanos Herforden., Maguntinæ di., ut matrim. contrahere valeant, licet dictus Heymricus eidem Gisebero quarto consanguin. gradu conjunctus fuerit. (*A*. 25, f. 587 [b]; *V*. 81, ep. 2788.)

1 (kal.) *sept. 1326.* T. XXIV, XXVI.

26368. — *Petro ep.o Bajocensi* indult. ut VI cler., ipsius famil., fructus omnium benef. suorum ad triennium integre percipiant, suis obsequiis insistendo. — I. e. m. Parisien. et Melden. archid.is, ac mag. Bertrando Bonifacii, can. ejusd. Parisien. eccl. (*A*. 25, f. 424 [a]; *V*. 81, ep. 2450.)

Ut s. T. XVI.

26369. — *Eidem* facultas testandi. (*A*. 25, f. 424 [a]; *V*. 81, ep. 2451.)

Ut s. T. XX.

26370. — *Eid.* absolutio a juramento ab eo præstito de visitandis apostolorum liminibus singulis annis, Romana curia citra montes residente. (*A*. 25, f. 424 [b]; *V*. 81, ep. 2452.)

Ut s. T. XVI.

26371. — *Eidem* indult. reconciliandi per alium eccl. et monast. violata suarum civit. et di. (*A*. 25, f. 424 [b]; *V*. 81, ep. 2453.)

Ut s. Gr. pro socio.

26372. — *Mag. Joanni Nicolai*, archipr. eccl. s. Laurentii de Fusano, Anagnin., Papæ scriptori, indult. ut, in Romana curia ratione off. scriptoriæ A. S. obsequiis insistens, fructus omnium benef. suorum integre percipiat. — I. e. m. Guidoni de Collemedio, Anagnin., et Nicolao de Fractis, Patracen., ac Joanni de Trebis, Marsicanæ eccl. can. (*A*. 25, f. 452 [a]; *V*. 81, ep. 2505.)

Ut s. T. XVIII.

26373. — *Præp. eccl. Bremen.* mand. ut procedat ad executionem litt. apost. archiep.o Bremensi, in Romana curia commoranti, directarum, pro dispens. Arnoldi de Steinbeke, acolithi Bremensis di., de presb. et soluta geniti, ut omnes ord. et benef. etiam c. c. recipere valeat. (*A*. 25, f. 463 [a]; *V*. 81, ep. 2527.)

Ut s. T. XI, XIII.

26374. — *Engelberto de Ulerike* collatio canon. et præb. eccl. s. s. Apostolorum Colonien., vacantium per obitum apud S. A. Godescalci de Sosato; non obst. quod in ecclesia s. Andreæ Colonien. motu proprio a capit. in canonicum sit receptus et præb. expectet in eadem. — I. e. m. abbati monast. s. Pantaleonis, et scolast. s. Georgii

Datum Avenione

Colonien., ac mag. Jacobo de Mutina, Papæ cap., can. Cameracen. eccl. (A. 25, f. 521 a; V. 81, ep. 2689.)

[illegible] kal. sept. 1320. T. XX.

26375. — *Ep.o Conseranum, et decano Andegaven., ac Imberto de Bellocastro, can. Albien. eccl.*, mand. pro receptione Pontii de Maurlhone, cler. Ruthenensis di., in monast. Montisolivi, O. S. B., Carcassonen. di. (A. 25, f. 540 a; V. 81, ep. 2689.)

Eo. s. T. XX.

26376. — *Eisd.* mand. pro receptione Geraldi de Maurlhone, cler. Ruthenen. di., in eod. monasterio. (A. 25, f. 540 b; V. 81, ep. 2690.)

Eo. s. T. XXX.

26377. — *Ep.o Paderbornensi* mand. ut dispenset super impedimento publicæ honestatis in matrim. contrahendo inter nobiles Henricum, filium Roperti comitis de Virnemburg, Treverensis di., Henrici archiep.i Coloniensis supplicantis nepotem, et Elizabet, filiam Theoderici de Cleve, dicti Loif, d.ni de Kervenheim, Coloniensis di., pro eo quod dictus Henricus cum n. m. Maria, nata n. v. Gerardi comitis Juliacensis, Colonien. di., tunc infra pubertatis annos constituta, et præfatæ Elizabet ɪvᵉ consanguin. gradu conjuncta, sponsalia per verba de præsenti contraxerat, quibus ead. Maria ad nubilem ætatem perventa renuit expresse consentire; præfatus enim Theodericus nonnulla feuda et bona a Colonien. et aliis ecclesiis tenet in feudum, nec alium habet hæredem nisi dictam Elizabet, suam unicam hæredem; et istorum bonorum ad alienas manus devolutio, si fieret, posset in ejusdem Colonien. eccl. præjudicium redundare. (A. 25, f. 603 a; V. 81, ep. 2815; Sauerland (*Rheinlande*), t. I, p. 467, n. 1041.)

2 [illegible] sept. 1320. T. XI, XIII.

26378. — *Hugoni de Halen* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Hamburgen., Bremen. di. — I. e. m. præp. Gustrowen., Caminen. di., et decano s. Luderi Monasterien., ac scolastico Tullen. eccl. (A. 25, f. 482 a; V. 81, ep. 2565.)

Eo. s. T. XX.

26379. — *Decano Engolismensi, et archid. Benacen., Ilerden., ac mag. Guillelmo Orreti, can. Urgellen. eccl.*, mand. ut Joanni Blanquerii, can. monasterii de s. Antonino, O. S. A., Ruthenen. di., conferant paroch. eccl. de Colosaco, Agennensis di., per can. dicti monast. solitam gubernari et vacantem per assecutionem prioratus de Melglosio, dicti ord., Appamiarum di., Petro de Maserato auct. litt. apost. collati; dictus vero Joannes quadam pensione ᴠɪ sextariorum frumenti de mensa dicti monasterii destitutus penitus remaneat. (A. 25, f. 530 a; V. 81, ep. 2655.)

Eo. s. T. XX.

26379 *bis.* — *Ep.o Leodiensi* mand. ut dispenset cum Arnoldo, nato Joannis de Boulant, scolari Leodien. di., super defectum natalium, cum sit de clerico in minoribus ordinibus constituto, soluto, et soluta genitus, ut ad omnes ordines promoveri et benef. ecclesiast. etiam c. c. obtinere valeat. (A. 28, f. 384 a; V. 84, f. 417 a, ep. 3074.)

Eo. s. T. XX.

26379 *ter.* — *Joanni de Bonval*, rectori paroch. eccl. de Marcu, Leodiensis di., prov. canon. sub exp. præb. eccl. s. Foyliani, ejusdem di. — In e. m. ep.o Pragensi, et archid. Treverensis, ac primicerio eccl. Virdunensis. (A. 28, f. 32[illegible] b; V. 84, f. 423 b, ep. 3087.)

3 [illegible] sept. 1320 [1].

26380. — *Rostagno abbati monast. B. M. de Sablonceliis, O. S. A., Xanctonensis di.*, testimoniales benedictionis ipsi per Raimundum ep.um s. Papuli in Romana curia impensæ, et licentia recedendi e curia. (A. 25, f. 463 b; V. 81, ep. 2528.)

Eo. s. T. XXII.

26381. — *Archiep.o Ebredunen., et abbati in Reynhusen, ac præp. Laurissen. per præp. soliti gub. monast., Maguntinæ di.*, mand. ut archidiac. de Stokem in eccl. Hildesemensi, c. c., canonicis dumtaxat ipsius eccl. conferri solitum (17 march. arg.) et a Bernardo de Hardenberch juxta constit. super pluralitatem benef. dimissum, conferant Henrico de Aldendorf, hodie de canon. ejusd. eccl. sub exsp. præb. proviso, et in

1. Reg. Vat. = ɪɪɪ kalendas septembris.

Datum *Avenione*.

Wormacien. ac S. M. Erforden. cum præb., et in Heylgenstaden., Maguntinæ di., eccl., sub exsp. præb. canonicatus obtinendi. (*A*. 25, f. 463 b; *V*. 81, ep. 2531.)

3 (III non.) *sept. 1326.*
T. XI, XIII.

26382. — *Raimundo de Bisturio* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Autisiodorensis. — I. e. m. Burgen. et Engolismen. decanis, ac Petro Cabiscoli, can. Albiensis eccl. (*A*. 25, f. 487 b; *V*. 81, ep. 2561.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26383. — *Henrico de Aldendorf* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Hildesemensis; non obst. in Wormacien. et S. M. Erforden. cum præb., et in Heylgenstaden., Maguntin. di., eccl. sub exsp. præb. canonicatibus. — I. e. m. archiep.o Ebredunensi, et abbati in Reynhusen, ac præp. Laurissen., per præp. soliti gub., monast., Maguntinæ di. (*A*. 25, f. 492 a; *V*. 81, ep. 2575.)

Ut s.
T. VI[XXIV].

26384. — *Anessantius*, subdiaconus, can. eccl. Adurensis, a majore parte capituli post obitum Bernardi in ep.um ejusd. eccl. electus, confirmatur; recepta resignatione Arnaldi Guillelmi de Andoniis, archid. Leomaniæ in eccl. Lectorensi, a minore parte capituli electi; non obst. quod post nuntiationem ejusd. eccl. vacationis dictarum electionum tamen ignarus, Papa dictæ eccl. provisionem ipsi reservaverit. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Adurensis; clero et populo civit. et di.; archiep.o Auxitano. (*A*. 25, f. 515 a; *V*. 81, ep. 2610.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26385. — *Wigando nato Wigandi de Dienhem mil.* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Maguntinæ. — I. e. m. S. M. ad Gradus, et s. Victoris extra muros Maguntinos cantoribus, ac scolast. ejusd. s. Victoris eccl. (*A*. 25, f. 513 b; *V*. 81, ep. 2628.)

Ut s.
T. XX.

26386. — *Bertrando archiep.o Ebredunensi* licentia testandi. (*A*. 25, f. 502 b; *V*. 81, ep. 2648.)

Ut s.
T. XXVI.

26387. — *Præp. Magalonen., et Guigoni de s. Germano archid. Benascen. Ilerden., ac Petro de Meunaco, can. Caturcen. eccl.*, mand. ut Raimundum de Prevenqueriis, mon. monast. Anianæ, transferant ad monast. s. Guillelmi, O. S. B., Magalonen. et Lodoven. di., eique conferant prioratum s. Martini de Lundris, c. c., qui consuevit per sæcul. presb. exerceri, ord. et Magalonen. di. prædictorum, ad collationem abbatis pertinet, per dicti monast. s. Guillelmi mon. solitus gub. et post obitum Bermundi de Ruppe per P. P. disposit. suæ reservatus est; quo obtento prioratum Valliscrosæ, modici valoris, dicto monast. Anianæ subjectum, eorumd. ord. et Magalonen. di., dimittere tenetur. (*A*. 25, f. 525 a; *V*. 81, ep. 2654.)

Ut s.
T. VI[XXIV].

26388. — *Petrus*, scolasticus eccl. Toletanæ, in subdiaconatus ord. constitutus, fit ep.us eccl. Cartaginensis ad R. E. immediate spectantis, et per translationem Joannis ad eccl. Calaguritanam vacantis. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Cartaginensis; clero et populo civit. et di.; Alphonso regi Castellæ. (*A*. 25, f. 567 b; *V*. 81, ep. 2683.)

Ut s.
T. VII[XXIV].

26389. — *Joannes*, ep.us Cartaginensis, transfertur ad Calaguritan. et Calciaten. eccl., quæ per S. A. sunt unitæ et ante obitum Michaelis per P. P. reservatæ fuerunt. — I. e. m. capit. et vassallis earumd. eccl.; clero et populo Calaguritan. et Calciaten. civit. et di.; archiep.o Cæsaraugustan.; Alphonso regi Castellæ. (*A*. 25, f. 554 b; *V*. 81, ep. 2723.)

Ut s.
T. VII[XXIV].

26390. — *Rodericus*, Lucen. ep.us, transfertur ad eccl. Tuden., vacantem per obitum Simonis apud S. A. defuncti. — I. e. m. capit et vassallis eccl. Tudensis; clero et populo civit. et di.; archiep.o Bracharensi; Alphonso regi Castellæ et Legionis. (*A*. 25, f. 566 b; *V*. 81, ep. 2749.)

4 (II non.) *sept. 1326.*
T. XI, XIII.

26391. — *Aimoni Megecerii* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Nicetii Lugdunensis. — I. e. m. abbati monast. Athenacen., et decano ac sacristæ eccl. Lugdunensis. (*A*. 25, f. 479 b; *V*. 81, ep. 2551.)

Datum Avenione

4 (? non.) sept. 1326.
T. XI. XIII.

26392. — *Wernero de Alen* collatio canon. et præb. eccl. Osiliensis vacantium per obitum apud S. A. Joannis de Montelongo. — I. e. m. Tarbaten. et Revalien. ep.is, ac archipr. eccl. Vulteranæ. (*A*. 25, f. 477 b; *V*. 81, ep. 2558.)

Id.
T. XI.

26393. — *Berchtoldo de Bonhegga*, præceptori et gubernatori domorum in Semerwalt et in Gebwir, ord. hospitalis B. M. Theotonicorum, Basilien. et Constantien. di., confirmantur provisio et commissio earumd. domorum (60 flor. auri), ipsi per mag. dicti ord. factæ, ita quod per aliquem superiorem suum absque S. A. licentia amoveri nequeat. (*A*. 25, f. 498 b; *V*. 81, ep. 2611.)

JOANNIS PAPÆ XXII

(1316-1334)

LITTERÆ DE CURIA

ANNI X

(5 sept. 1325 — 4 sept. 1326)

Datum *Avenione*.

23 dec. 1325. (x kal. jan.)

26394. — *Archiep.o Bisuntino, et ep.o Lausanensi, ac abbati monasterii Balmensis, Bisuntinæ di.*, mand. ut citent Altungum dictum Monachum, archid. eccl. Basilien., ut infra xxx dies coram Papa compareat, responsurus super eo quod prætextu cujusdam electionis attentatæ favore ipsius contra reservationem apost., quæ de episcopatu Basiliensi post obitum Gerardi facta fuit, in ipso se intrusit et impedit quominus Joannes de Cabilone, decanus eccl. Lingonensis, per P. P. promotus, possessionem adipiscatur. (*A*. 25 [1], f. 685 [a]; *V*. 80, ep. 1, *de curia.*)

13 (id.) *feb. 1326.*

26395. — *Ep.o Wigornien.* mand. ut procedat contra Guillelmum de Cotes, qui sub prætextu falsarum litt. sub nomine Papæ fabricatarum in possessionem eccl. de Seynesburi, Wigornien. di., se intrusit, Rogerum dictum Drax ead. eccl. nequiter spoliando. (*A*. 25, f. 685 [a]; *V*. 80, ep. 2, *de curia.*)

15 (id.) *mart. 1326.*

26396. — *Ep.o Alifan., et abbati monast. s. Sophiæ Beneventan., rectori Beneventano*, mand. ut citent Franciscum Telegrini, primicerium eccl. Thelesinæ, qui post obitum ultimi ep.i Thelesini episcopatum Thelesin. damnabiliter occupavit, ad infra duos menses coram Papa comparendum. (*A*. 25, f. 685 [b]; *V*. 80, ep. 3, *de curia.*)

23 mart. 1326. (x kal. apr.)

26397. — *Raimundo patriarchæ Jerosolimitano*, administratori eccl. Nimosiensis in spiritualibus et temporalibus per S. A. deputato, interdicitur potestas exercendi jurisdictionem in subditos patriarchatus sui in civitate Avenionen., Romana curia inibi residente, quæ ipsi concessa erat; nihilominus firma remanet dicta potestas quoad alia loca extra Romanam curiam. (*A*. 25, f. 685 [b]; *V*. 80, ep. 4, *de curia.*)

1. In margine Reg. Avin. legitur : « *Attende sine signo vicecancellarii missa per dominum B[ernardum] Stephani.* »

Datum Avenione

17 apr. 1326. (xv kal. maii)

26398. — *Joannes s. Theodori diac. card.* mittitur ut A. S. legatus ad provinciam Tusciæ tam in imperio quam terris R. E. constitutam, necnon archiepiscopatum Pisan., et Castelli ac Perusin. civit. et di., Massam Trabariam, civit. Urbini, di. et districtum ipsius, Marchiæ Anconitan. et ducatus Spoletan. provincias, Campaniæ, Maritimæ et Sabinæ comitatus, Patrimonium b. Petri in Tuscia, et Urbevetan., Viterbien., Tiburtin., Reatin., Tudertin., Interamnen. et Narnien. civit. et di.; idem card. ad instantiam populorum partium earumdem fidelium fuit destinatus eo quod Bertrandus s. Marcelli presb. card., A. S. in eisd. et aliis partibus legatus, nequit propter guerras officium suum solus exercere; omnibus aliis provinciis et terris in litteris legationis ejusd. Bertrandi expressis, necnon insulis et terris Sardiniæ et Corsicæ sub ipsius Bertrandi legatione libere remanentibus. (*A*. 25, f. 686 a; *V*. 80, ep. 5, A, *de curia*; Raynaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1326, § 1.)

Ut s.

26399. — *Universis personis ecclesiast. partium prædictarum* mand. ut, præfatum card. benigne recipientes et honorifice pertractantes, ipsi tamquam A. S. legato intendant humiliter et ipsius monita et mandata efficaciter et devote adimplere curent. (*A*. 25, f. 686 b; *V*. 80, ep. 5 B, *de curia*.)

Ut s.

26400. — *Universis ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus et militibus, communitatibusque quoque universitatibus et populis partium prædictarum* mandatur idem ac supra. (*A*. 25, f. 694 a; *V*. 80, ep. 5 C, *de curia*.)

Ut s.

26401. — *Eid. legato* potestas procedendi contra eos qui in partibus suæ legationis discordias et scandala seminant, odia suscitant ac statum pacificum earumd. partium perturbare præsumunt. (*A*. 25, f. 689 a; *V*. 80, ep. 6 A, *de curia*; Theiner, *Codex diplomaticus*..., t. I, p. 542, n. DCCXVIII.)

Ut s.

26402. — *Universis prælatis et pers. ecclesiast. sæcularibus et regularibus quorumcumque ord., marchionibus quoque comitibus, etc. communitatibus, universitatibus ac singularibus pers. per Tusciæ et nonnullas alias partes legationis Joannis s. Theodori diac. card.* mand. ut eidem legato et deputatis ab eo in commissis ipsi negotiis intendere et parere curent. (*A*. 25, f. 694 b et 688 a; *V*. 80, ep. 6 B, *de curia*.)

Ut s.

26403. — *Eid. legato* facultas exercendi censuram ecclesiast. contra omnes illos qui circa eum et familiam suam injuriosi extiterint, si moniti de injuria illata non satisfecerint competenter. (*A*. 25, f. 690 a; *V*. 80, ep. 7, *de curia*.)

Ut s.

26404. — *Eid. legato* facultas puniendi et privandi omnibus indulgentiis et privilegiis a S. A. concessis quoslibet religiosos cujuscumque ord. qui super his spectantibus ad suæ legationis officium et aliis ipsi commissis, prius moniti, parere plene contempserint. (*A*. 25, f. 690 a; *V*. 80, ep. 8, *de curia*.)

Ut s.

26405. — *Eidem legato* facultas assumendi et retinendi in suis obsequiis et sub sua obedientia quotcumque et quoscumque voluerit de fratribus Prædicatorum, Minorum et aliorum quorumcumque ord. suæ legationis, et mittendi illos vel alios idoneos eorumd. ord. quandocumque et ubicumque viderit opportunum, committendi etiam illis negotiorum executionem; valeat insuper concedere licentiam equitandi et illis qui secum existent vescendi carnibus. (*A*. 25, f. 690 a; *V*. 80, ep. 9, *de curia*.)

Ut s.

26406. — *Eid. legato* facultas privandi clericos sæculares suæ legationis, quos inobedientes in his spectantibus ad ejusdem legationis officium forsan invenerit, omnibus gratiis ipsis ab S. A. concessis, ac inhibendi executoribus earum ne virtute litterarum ad eos super hoc directarum procedant. (*A*. 25, f. 690 b; *V*. 80, ep. 10, *de curia*.)

Ut s.

26407. — *Eid. legato* conc. ut evectiones, quantas pro commissis ipsi negotiis viderit expedire, ducere libere valeat, constitutione Lateranensis concilii non obstante. (*A*. 25, f. 690 b; *V*. 80, ep. 11, *de curia*.)

Datum *Avenione*.

17 apr. 1326. (xv kal. maii.)

26408. — *Eid. legato* facul. compellendi quoslibet prælatos et pers. ecclesiast., per censuram ecclesiast., ad providendum in necessariis nuntiis suis quos pro commissis ipsi negotiis destinabit. (*A*. 25, f. 691 a; *V*. 80, ep. 12, *de curia.*)

Ut s.

26409. — *Eid. legato* conc. ut, si partes suæ legationis, postquam eas ingressus fuerit, egredi ipsum forte ex improviso eventu contigerit, in vicinis partibus commorari possit, et semel iterum et quoties fuerit opportunum ingredi ad easd. et tam intra ipsas quam extra officium suum libere exercere. (*A*. 25, f. 691 b; *V*. 80, ep. 13, *de curia.*)

Ut s.

26410. — *Eid. legato* facul. compellendi prælatos quoscumque et regulares quorumcumque ord., exemptos et non exemptos, ad contribuendum in procurationibus ipsi debitis. (*A*. 25, f. 691 b; *V*. 80, ep. 14, *de curia.*)

Ut s.

26411. — *Eid. legato* facultas injungendi fratribus Prædicatorum, Minorum ac aliorum ord., etiam extra suæ legationis terminos, in vicinis partibus constitutis, quæcumque prosecutioni officii vel utilitati negotiorum ipsi commissorum viderit expedire. (*A*. 25, f. 692 a; *V*. 80, ep. 15, *de curia.*)

Ut s.

26412. — *Eid. legato* conc. ut, durante sua legatione, valeat cum quibuscumque hominibus seu ambasciatoribus et nuntiis communitatum, castrorum et etiam singularium personarum loqui, tractatus habere, ipsosque recipere et admittere etiamsi coram eo missarum solemnia celebrentur, eorumque recipere litteras et respondere ad ipsas, etiamsi per S. A. seu eorum ordinarios excom. sententiis pro crimine hæresis irretiti existant. (*A*. 25, f. 692 b; *V*. 80, ep. 16, *de curia.*)

Ut s.

26413. — *Eid. legato* facul. exercendi censuram ecclesiast. in omnes prælatos et quascumque pers. ecclesiast. et sæculares, publicas et privatas, cujuscumque ord., conditionis vel dign. existant. (*A*. 25, f. 693 a; *V*. 80, ep. 17, *de curia.*)

Ut s.

26414. — *Eid. legato* declaratur quod Papæ intentionis existit quod, propter omnia per speciales litteras apost. ipsi concessa, his quæ ipsi ratione legationis competunt in nullo penitus derogetur. (*A*. 25, f. 693 a; *V*. 80, ep. 18, *de curia.*)

Ut s.

26415. — *Eid. legato* facultas providendi in xxiv cathedralibus seu colleg. eccl. infra suæ legationis terminos constitutis in singulis videlicet singulis pers. idoneis de canon. sub exsp. præb. (*A*. 25, f. 693 a; *V*. 80, ep. 19, *de curia.*)

Ut s.

26416. — *Eid. legato* facultas suspendendi et relaxandi interdicti et suspensionis sententias quas nonnullæ civitates in terris suæ legationis tam per speciales S. A. litteras quam per legatos seu judices delegatos sedis ejusdem incurrerunt. (*A*. 25, f. 689 b; *V*. 80, ep. 20, *de curia.*)

Ut s.

26417. — *Eid. legato* facultas dispensandi xx clericos partium suæ legationis super defectu in ordine et ætate, ut singuli eorum singula benef. c. c. recipere et retinere valeant. (*A*. 25, f. 690 a; *V*. 80, ep. 21, *de curia.*)

Ut s.

26418. — *Eid. legato* facultas dispensandi personas ecclesiast. suæ legationis, in sacerdotio constitutas, super irregularitate, si quam contraxerint, quamvis suspensæ essent a divinis pro eo quod benedixerunt secundas nuptias, se divinis off. immiscendo. (*A*. 25, f. 690 a; *V*. 80, ep. 22, *de curia.*)

Ut s.

26419. — *Eidem legato* facultas dispensandi prælatos ecclesiarum et personas ecclesiast. sæcul. et regulares suæ legationis super irregularitate quam ipsi ferendo in alios, contra constit. Innocentii Papæ IV[i], excom. sententiam sine scriptis et non abstinendo a divinis, juxta tenorem constit. ipsius, contraxerunt vel contraxerint sua legatione durante. (*A*. 25, f. 690 a; *V*. 80, ep. 23, *de curia.*)

Ut s.

26420. — *Eid. legato* facultas dispensandi xl pers. ecclesiast. suæ legationis super irregularitate quam contraxerunt seu contraxerint, ead. legatione durante, ex eo

Datum *Avenione*.

quod excommunicatæ receperunt ord. et ministraverunt in ipsis, aut excom., suspensionis vel interdicti sententiis innodatæ divina celebrarunt vel se immiscuerunt eisdem. (*A*. 25, f. 690 b; *V*. 80, ep. 24, *de curia*.)

(7 apr. 1326. xv kal. mai.) **26421**. — *Eid. legato* conc. ut, quotiescumque ipsum contigerit in solemnibus divinorum officiis vel publicis parlamentis personaliter interesse, possit omnibus illuc accedentibus vel ibidem præsentibus indulgentias unius anni et c dierum elargiri. (*A*. 25, f. 690 b; *V*. 80, ep. 25, *de curia*.)

Ut s. **26422**. — *Eid. legato* facultas absolvendi, sua legatione durante, omnes pers. ecclesiast. ab excom. sententia quam contra statuta synodalia venientes incurrerunt. (*A*. 25, f. 691 a; *V*. 80, ep. 26, *de curia*.)

Ut s. **26423**. — *Eid. legato* conc. ut omnibus vere pœnitentibus et confessis qui ad constructiones ecclesiarum, hospitalium seu pontium et reparationem ipsorum ac sustentationem infirmorum et pauperum manus porrexerint adjutrices LX dierum, sua legatione durante, indulgentiam elargiri valeat. (*A*. 25, f. 691 a; *V*. 80, ep. 27, *de curia*.)

Ut s. **26424**. — *Eid. legato* facultas dispensandi decem personas partium suæ legationis super defectu natalium quem patiuntur, cum sint de presb. vel in adulterio genitæ, ut omnes ord. et beneficium etiam c. c. recipere valeant. (*A*. 25, f. 691 a; *V*. 80, ep. 28, *de curia*.)

Ut s. **26425**. — *Eid. legato* facultas absolvendi clericos et laicos partium suæ legationis ab excom. incursa propter fractiones et incendia eccl. et locorum ecclesiast. (*A*. 25, f. 691 a; *V*. 80, ep. 29, *de curia*.)

Ut s. **26426**. — *Eid. legato* facultas concedendi licentiam XX pers. suæ legationis ut theologiæ facultatis studio generali immorari valeant, ac faciendi eis interim fructus omnium benef. suorum integre ministrari. (*A*. 25, f. 691 a; *V*. 80, ep. 30, *de curia*.)

Ut s. **26427**. — *Eid. legato* facultas concedendi tabellionatus off. XXX pers. suæ legationis dummodo non conjugati nec in sacris ord. constitutæ existant. (*A*. 25, f. 692 a; *V*. 80, ep. 31, *de curia*.)

Ut s. **26428**. — *Eid. legato* indultum celebrari faciendi coram se missam ante diem et post horam debitam, dum tamen ante nonam, et etiam cum cantu, sua legatione durante. (*A*. 25, f. 692 a; *V*. 80, ep. 32, *de curia*.)

Ut s. **26429**. — *Eid. legato* indultum, cum ad loca suæ legationis vel extra ecclesiastico supposita interdicto ipsum devenire et redire contigerit, semel alta voce ac solemniter divina faciendi celebrari. (*A*. 25, f. 692 a; *V*. 80, ep. 33, *de curia*.)

Ut s. **26430**. — *Eid. legato* indult. ut confessor omnium peccatorum suorum ipsi semel tantum in mortis articulo concedere valeat. (*A*. 25, f. 692 b; *V*. 80, ep. 34, *de curia*.)

Ut s. **26431**. — *Eid. legato* facultas dispensandi X viros et totidem mulieres IVº consanguin. vel affin. gradu conjunctos, ut matrim. contrahere valeant. (*A*. 25, f. 691 b; *V*. 80, ep. 35, *de curia*.)

Ut s. **26432**. — *Joanni s. Theodori diac. card., A. S. legato*, facultas dispensandi cum pers. legationis suæ defectum natalium patientibus, de soluto, aut diac., vel subdiacono genitis et soluta, quæ adscriptæ fuerint vel adscribi desiderant militiæ clericali, dummodo de incestu vel adulterio aut presbytero genitæ non existant. (*A*. 25, f. 687 a; *V*. 80, ep. 36, *de curia*.)

Ut s. **26433**. — *Jam dicto legato* facultas reservandi collationi suæ in VI cathedralibus vel colleg. regularibus vel sæcul. ecclesiis infra legationis suæ terminos constitutis sex personis idoneis sex dignitates, personatus vel off. c. c. vel s. c. ad cujuscumque collat. pertin. (*A*. 25, f. 687 b; *V*. 80, ep. 37, *de curia*.)

Datum *Avenione*.

17 apr. 1326. (xv kal. maii.)

26434. — *Eid. legato* facultas absolvendi ab excom. nonnullos infra suæ legationis terminos per judices, a S. A. delegatos, excommunicatos, qui nequeunt absolvi quia sive aliqui judicum ipsorum, quibus in hoc alii non succedunt, viam sunt universæ carnis ingressi, sive quorumdam copia de facili habere non potest, sive aliquorum jurisdictio expiravit. (*A*. 25, f. 688 [a]; *V*. 80, ep. 38, *de curia*.)

Ut s.

26435. — *Eid. legato* potestas cognoscendi causas et querelas incolarum suæ legationis ad S. A. interjectas et interponendas in posterum. (*A*. 25, f. 688 [a]; *V*. 80, ep. 39, *de curia*.)

Ut s.

26436. — *Eid. legato* facultas recipiendi in sua legatione a quibuscumque personis resignat. beneficiorum suorum ex causa permutationis faciendas dictaque benef. permutandi. (*A*. 25, f. 688 [b]; *V*. 80, ep. 40, *de curia*.)

Ut s.

26437. — *Eid. legato* indultum ut cler. sui, ejus obsequiis existentes, quamdiu legatio sua duraverit, fructus omnium benef. suorum integre percipiant absque residentia. — I. e. m. Senen. et Anagnin. ep.is, ac Buxolo de Parma, can. Tornacen., Papæ capellano. (*A*. 25, f. 689 [a]; *V*. 80, ep. 41, *de curia*.)

Ut s.

26438. — *Universis personis ecclesiast. sæcularibus et regularibus ad quas præsentes litt. pervenerint* mand. ut eumd. legatum benigne recipiant, honeste tractent, ipsi pro suis et familiæ suæ necessariis et securo conductu providentes. (*A*. 25, f. 687 [a]; *V*. 80, ep. 43, *de curia*.)

18 maii 1326. (xv kal. jun.)

26439. — *Communi Assisinatensi*. Suspenditur usque ad unum annum interdictum cui subjacere noscitur. (*A*. 25, f. 695 [a]; *V*. 80, ep. 44, *de curia*.)

4 (II non.) *jun. 1326*

26440. — *Joanni s. Theodori diac. card., A. S. legato*, ad Tusciæ provinciam et certas partes alias destinato, indultum celebrandi solemniter et celebrare faciendi divina in locis interdicto suppositis. (*A*. 25, f. 694 [a]; *V*. 80, ep. 42, *de curia*.)

1 (kal.) *jul. 1326.*

26441. — *Bernardo de Podio*, rectori eccl. de Relhana, Aquensis di., facultas laudandi venditiones domorum, terrarum et aliarum possessionum consistentium in castris Novarum et Sancti Remigii, Avenionensis di., et pertinentiis eorumd., ab eccl. Avenionen., cujus administr. sub manu Pontificis tenetur ad præsens et regitur, emphyteutico jure moventium, factas et in posterum faciendas. (*A*. 25, f. 695 [b]; *V*. 80, ep. 47, *de curia*.)

Ut s.

26441 *bis*. — *Gasberto de Montelauduno*, archipr. de Lamaensa, Lemovicensis di., facultas similis quoad venditiones domorum, terrarum et aliarum possessionum consistentium in castro s. Laurentii de Arboribus et locis s. Genesii et Liraci, Avenionen. di., ac pertinentiis eorumdem, etc. (*A*. 25, f. 695 [b]; *V*. 80, ep. 48, *de curia*.)

7 (non.) *jul. 1326.*

26442. — *Bertrando s. Marcelli presb. card., A. S. legato*, facultas conferendi singulis pers. idoneis singula benef. vacantia per obitum Nicolai Campellen. de Fractis, Papæ scriptoris et ejusd. legati familiaris. (*A*. 25, f. 695 [a]; *V*. 80, ep. 45, *de curia*.)

Ut s.

26443. — *Eid. legato* facul. præficiendi pers. idoneam in abbatem monasterii s. Benedicti de Pandeliron, O. S. B., Mantuan. di., per obitum Radulphi apud S. A. prævia generali reservat. de omnibus cathedralibus et abbatialibus eccl. civit., di. et patriarchatus Aquilegen., per P. P. facta, vacantis. (*A*. 25, f. 695 [b]; *V*. 80, ep. 46, *de curia*.)

25 jul. 1326. (VIII kal. aug.)

26444. — *Ep.o Parisiensi* mand. ut se informet et Pontifici referat de numero illorum qui scholas linguarum Hæbraicæ, Græcæ, Arabicæ et Chaldeæ in Parisiensi studio juxta statutum per Clementem P. P. V in concilio Viennen. editum regunt, et si scholares auditores habeant, et qualiter in stipendiis et sumptibus provideatur, et a quibus et quantum exigatur ratione provisionis hujusmodi. (*A*. 25, f. 696 [a]; *V*. 80,

Datum Avenione.

ep. 49, *de curia*; Denifle et Châtelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. **293**, n. 857; Raynaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1326, § XXIX.)

3 non. sept. 1326

26445. — Sententia per quam *Joannes Garnerii et Joannes Robineti* fratres O. M. in villa Exoldunen., Bituricen. di., commorantes, et per Guillelmum archiep.um Bituricen. de mand. Papæ capti et ad S. A. destinati condemnantur : nempe Joannes Garnerii ab omnibus off. perpetuo privatur, et redditur inhabilis ac suspenditur usque ad annum a missarum celebratione ex eo quod ad instar abbatis in festo translationis b. Nicolai confessoris cum mitra, baculo pastorali et aliis pontificalibus insigniis in missa et vesperis solemnibus astitit; dictus vero Joannes Rubineti, detruncato habitu et capucio omnino reciso, incedere debet usque ad festum Resurrectionis D.ni ex eo quod in dictis vesperis indutus mulieris amictu duas litteras sigillatas præfato Joanni Garnerii præsentavit, dicens quod summus Pontifex eum faciebat cardinalem. Interim uterque juxta eamd. sententiam debet per unum annum in pane et aqua qualibet sexta feria jejunare sedendo in superficie terræ, donec comederit, et in quolibet capitulo acutam seu rigidam et bene sensibilem disciplinam recipere. (A. **25**, f. **696** a; V. 80, ep. 50, *de curia*; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 306, n. **626**; Raynaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1326, § XXI.)

APPENDICES AD DECIMUM BULLARII JOANNIS PAPÆ XXII ANNUM

I

Instrumentum miscellaneum Vaticanum quod in posteriore capsula anni 1324 reperitur.

4 nov. 1325, ind. IX[a].

26446. — *Clerici et canonici majoris eccl. Strongulensis* constituunt Gualterium, can. ejusd. eccl., procuratorem ad comparendum nomine ipsorum coram Nicolao ep.o Bisinianensi, cum a Gerardo de Valle, rectore Campaniæ Maritimæque, citati essent ut apud civitatem Cusentinam coram dicto ep.o comparerent, recepturi copiam capitulorum inquisitionis faciendæ per eumdem ep.um contra ipsos. (*Orig. perg.*)

II

Instrumenta miscellanea Vaticana quæ in capsula a mense januarii 1325 usque ad mensem decembris 1326 reperiuntur.

6 sept. 1325, ind. VIII[a].

26447. — *Benedictus de Paliano,* can. Anagnin., mag. Nicolaum Nuno de Frusinono procuratorem suum constituit ad solvendum, de fructibus benef. suorum, in Salernitan. et Aversan. di. percipiendis, usque ad summam 103 flor. auri Fulconi de Popia, thesaurario Campaniæ Maritimæque, in quibus quidem florenis ipsemet Benedictus Cameræ apost. tenetur pluribus causis. (*Orig. perg. parvum.*)

20 sept. 1325.

26448. — Instrumentum venditionis de majori dominio et certis redditibus castri s. Saturnineti, comitatus Venaisini, Avenionensis di., per Guiraudum Amici d.num Rupisfortis et de Thoro factæ Ecclesiæ Romanæ. (*Orig. perg. corrosum.*)

22 sept. 132[illegible], ind. VIII.

26449. — Publicatio processuum contra Castruccium Gerii de Anterminellis, qui civitatem Lucan. occupavit, etc., in civitate Ariminensi. (*Orig. perg. corrosum.*)

1 oct. 1325.

26450. — Gardianus et fratres minores Engolismæ mittunt camerario et auditori cameræ Papæ inquisitionem habitam in fratrem Heliam de Masso, quondam monachum conv. eorum, nunc in carceribus Papæ mancipatum. Datum die martis post festum beati Michaelis 1325. (*Orig. perg.*)

Fulginei, 10 oct. 1325, ind. VIII.

26451. — *Joannes de Amelio*, rector ducatus Spoletan., Franciscum Batazii de Fulgineo, juris civilis professorem, præficit in judicem appellationum et provocationum in civitate Spoleti et in terris quond. comitatus et districtus ejusd. civit., ad sex menses. (*Originale pergamen.*)

15 dec. 1325.

26452. — Bertrandus s. Marcelli presb. card., A. S. legatus, testatur quod magistri Petrus de Tofaliis et Bertrandus Arnaldi, A. S. nuntii, 40.000 flor. auri, quos nuper portaverunt ad partes illas de mandato Papæ, assignaverunt de mand. ejusd. legati magistris Petro Marini et Pontio de Crescis, nuntiis sedis ejusd., deputatis ad solutiones faciendas stipendiariis Ecclesiæ existentibus in partibus Lombardiæ. Actum Parmæ, XVII kal. jan., pontificatus Joannis Papæ XXII anno decimo. — *Dorso legitur* : « XVII kal. januarii fuit solutio facta dicto legato. » (*Orig. perg. parvum cum cordula alba canapis.*)

26 dec. 1325, ind. octava.

26453. — Publicatio processuum contra Ludovicum ducem Bavariæ in castro Vassanelli juxta mand. Roberti de Albarupe, rectoris Patrimonii b. Petri in Tuscia, comitatus Sabinæ, etc. — *Dorso legitur* : « Die primo januarii presentis pro parte communis Vassanelli. » (*Orig. perg.*)

1325, ind. VIII — 1326, ind. nona.

26454. — Expensæ et solutiones factæ per Rannum notarium pro recuperatione Rocchæ Perocchii occupatæ a rebellibus E. R., maxime extrinsecis Spoletanis, de mand. Joannis de Amelio, rectoris, ac Jacobi de Amelio, marescalli ducatus Spoletani. (*Orig. perg. longum.*)

7 jan. 1326, ind. VIII.

26455. — Commune Auximi constituunt procuratores ad veniam et misericordiam petendas coram Pontifice et excusationes pro commissis exponendas. (*Orig. perg.*)

11 jan. - 8 apr. 1326, ind. IX.

26456. — Computum receptorum per Ramum Putzuri de Fulgineo, officialem et not. Joannis de Amelio, rectoris ducatus Spoletani, pro expensis ad recuperandam roccham Perocchii quæ occupata est ab E. R. rebellibus. (*Orig. perg.*)

Datum Avenione, [illegible] febr. 1326, anno X.

26457. — Joannes Papa XXII mandat *Petro Maynadæ*, thesaur. ducatus Spoletani, ut solvat expensas pro XXV armatis equitibus quos Joanni de Amelio, rectori ejusd. ducatus, pro executionibus in decreta ipsi provincia faciendis, concessit. (*Orig. perg.*)

Parmæ, 23 febr. 1326 (7 kal. mart.), pontificatus Joannis Papæ XXII anno IX.

26458. — Littera *Bertrandi s. Marcelli* presb. card., A. S. legati, qui recognoscit Petrum de Tofaliis et Bertrandum Arnaldi, A. S. nuntios, 60.000 flor. auri, quos nuper portaverunt de mandato Papæ, assignasse de mand. ipsius legati Petro Marini et Pontio de Cressio, nuntiis sedis ejusd., deputatis ad solutiones faciendas stipendiariis E. R. in partibus Lombardiæ. (*Orig. perg. parvum cum cordula canapis alba.*)

Datum Avenione, [illegible] sept. 1326, anno X°.

26594. — *Angelo Dalphini de Venetiis, præp. Ravennaten., et archipr. Paduan., ac Bandino de Florentia, plebano s. Alexandri de Giocolis, Florentin. di., eccl.* mand. ut Stephano de Guillelmiantibus de Prato conferant unum canon. et unam præb. de illis quæ in plebe Esten., Paduan. di., obtinuit Petrus s. Angeli diac. card. qui nuper apud S. A. obiit, cujusque beneficia Papa disposit. suæ reservavit; non obst. in eccl. Faventina canon. et præb., rurali eccl. s. Margaritæ de Calcinaria, quæ « prioria » nuncupatur, s. c., dictæ di., et provisione canon. eccl. s. Joannis Leodien. sub exsp. præb., dign., vel personatus. (*A*. 26, f. 70 [b]; *V*. 82, ep. 60.)

Ut s. T. XX.

26595. — *Præp. Regen., et mag. Petro de Meunacho, Caturcen., ac Raimundo Neulani, Aquen. can. eccl.*, mand. ut Raimundo de Concossio, cler. Caturcen. di., conferant eccl. B. M. de Villaveteri, Aquensis di., ante privationem Bertrandi Escafini per P. P. disposit. suæ reservatam, non obst. quod de ipsa ecclesia Lobacio de Aloysio a Jacobo archiep.o Aquensi provisum fuerit. (*A*. 26, f. 129 [a]; *V*. 82, ep. 72.)

Ut s. T. XI, XIII.

26596. — *Matiano Renart*, presb. Dertusensis di., gratia exsp. benef. sæcul. (c. c. 60 vel s. c. 40 lib. barchinonen.) in dicta di., pertin. ad collat. ep.i Dertusensis; non obst. quadam capell. seu simplici benef. (15 lib. monetæ regalis Valentiæ) in eccl. Valentina. — I. e. m. Avenionen. et Valentin. sacristis, ac Gotio de Arimino, can. Palentin. eccl. (*A*. 26, f. 137 [a]; *V*. 82, ep. 87.)

Ut s. T. XIII, XV.

26597. — *Guidoni Malafayda* collatio ad cautelam præpositatus de Chansaco, O. S. B., Lemovicen. di., ad monast. Usercen., eorumd. ord. et di., spectantis, qui, licet dicto Guidoni, ejusd. monast. mon., auct. litt. apost. collatus fuisset, tamen a quondam Bertrando de Curamonta, ipsius monast. mon., retinebatur, ex quo lis fuit inter eos in Romana curia agitata. — I. e. m. abbati monast. s. Martialis Lemovicen., et priori de Chalesio, Xanctonen. di., ac Bertrando de Turre, can. Urgellen. eccl. (*A*. 26, f. 74 [a]; *V*. 82, ep. 95.)

Ut s. T. XII 1/2, XIV 1/2.

26598. — *Roberto nato n. v. Giannotzii de Cavalcantibus de Florentia*, can. Constantien. eccl., gratia exsp. dign., vel personatus seu off. in eadem eccl.; non obst. canon. et præb. plebis s. Petri de Pitiano, Fesulanæ di.; cum dispens. super defectu ætatis

Datum *Avenione*.

(20 an.) — I. e. m. s. Laudi et s. Trinitatis de Exaquio, Constantien. di., monast. abb., ac archipr. eccl. Vulteranæ. (*A*. 26, f. 286 [b]; *V*. 82, ep. 362.)

27 sept. 1326
v kal. oct.
T. XI, XIV.

26599. — *Laurentio Vallati*, cler. et famil. Napoleonis s. Adriani diac. card., gratia exsp. canon. sub exsp. præb. eccl. Ostiensis, consid. præfati card.; non obst. quod in S. M. in Cosmedin de Urbe canon. et præb. obtineat, ac in Patracensi et Aretina eccl. sub exsp. præb. in canonicum sit receptus. — I. e. m. ep.o Paduano, et abbati monast. s. Pauli, ac Paulo de Comite, can. basilicæ principis apostolorum de Urbe. (*A*. 27, f. 66 [a]; *V*. 83, ep. 1232.)

Ut s.
T. XX.

26600. — *N. m. Leonor, natæ cl. m. Fernandi regis Castellæ et Legionis*, indult. ut, ubicumque infra dominium Alfonsi regis Castellæ et Legionis, germani sui, fuerit, etiam in loco interdicto supposito, in palatio suo ipsa præsente cum tota familia sua officia divina et missam celebrari facere, atque insuper ipsa dumtaxat ecclesiast. sacramenta recipere et sepulturam eligere valeat. (*A*. 27, f. 266 [a]; *V*. 83, ep. 1779.)

28 sept. 1326
iv kal. oct.
T. XXIV.

26601. — *N. m. Margaritæ Galardæ, uxori n. v. Hugonis comitis de Buccheggo*, indult. ut confessor ipsi semel tamen in mortis articulo plenam omnium peccatorum suorum remissionem concedere valeat. (*A*. 26, f. 110 [b]; *V*. 82, ep. 18.)

Ut s.
T. XX.

26602. — *Thomæ nato quondam Richardi de Bingham mil.*, clerico Eboracen. di., de conjugato et soluta genito, dispens. super defectu natalium ut omnes ord. et beneficium etiam c. c. recipere possit. (*A*. 23, f. 114 [a]; *V*. 82, ep. 25.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26603. — *Bernardo de Pereto* collatio motu proprio canon. et præb. eccl. Agathensis vac. per obitum Pauli de Claromonte, cujus beneficia Papa disposit. suæ reservaverat. — I. e. m. ep.o s. Papuli, et Gesselino de Cassanhis, Biterren., ac Raimundo Andreæ, Lodovensis can. eccl. (*A*. 26, f. 69 [b]; *V*. 82, ep. 50.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26604. — *Mag. Joanni Luterelli, theologiæ mag.*, collatio motu proprio paroch. eccl. de Bysschopesbourne, Cantuariensis di., vac. per consecrat. Joannis ep.i Karleolensis. — I. e. m. Bertrando de s. Genesio, et Joanni de Grandissono, archid. Notynghamiæ Eboracen., ac Joanni de Wynchelse, can. Saresbirien. eccl. (*A*. 26, f. 131 [a]; *V*. 82, ep. 73.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26605. — *Alberto nato Francisci Scoti, mil. Placentin.*, collatio canon. et præb. eccl. s. Martini Turonen., vac. per obitum Roberti de Vernone, S. A. cap. — I. e. m. Majoris monasterii prope Turonis, et s. Bartholomæi prope Ferrariam monast. abb., ac Bosolo de Parma, can. Tornacen., Papæ cap. (*A*. 26, f. 141 [a]; *V*. 82, ep. 98.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26606. — *Petro de s. Fidolo*, mon. monasterii Molismensis, O. S. B., Lingonen. di., gratia exsp. dign., administr., prioratus, off. seu benef. c. c. vel s. c., per mon. ejusd. monast. soliti gub., et ad abb. ac conv. ipsius monast. collat. pertin. — I. e. m. archiep.o Ebredunensi, et archid. Laticen. Lingonen., ac cantori Trecen. eccl. (*A*. 26, f. 143 [a]; *V*. 82, ep. 101.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26607. — *Raimundo Augerii, Papæ famil.*, collatio paroch. eccl. de Broquerio, Ruthen. di., vac. per obitum Pauli de Claromonte, cujus beneficia Papa disposit. suæ reservaverat. — I. e. m. præp. Regen., et Agathen., ac de Figiaco Caturcen. archidiaconis eccl. (*A*. 26, f. 113 [a]; *V*. 82, ep. 226.)

Ut s.
T. XXIV.

26608. — Decernitur collationem canon. et præb. eccl. Turonensis, quæ per obitum Roberti de Vernone, S. A. cap., vacaverunt, vigore gratiæ exsp. *mag. Rigaldo de Manso, PP. physico et famil.*, factam, perinde valere ac si idem Robertus non fuisset S. A. capellanus. (*A*. 26, f. 319 [b]; *V*. 82, ep. 430.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26609. — *Hugoni de Cadarossa* collatio canon. sub exsp. dign. aut personatus vel off. c. c. vel s. c. eccl. Tricastrin., in qua nec certus can. numerus nec præbendarum

Datum *Avenione.*

distinctio habentur. — I. e. m. ep.o Aurasicensi, et s. Florentii Aurasicen. ac de Podioleno, Aurasicensis di., prioribus. (*A*. 27, f. 93 b; *V*. 83, ep. 1249.)

29 sept. 1326. (III kal. oct.) T. XXX.

26610. — *Archiep.o Eboracensi* mand. ut prioratui de Novoloco in Schirewode, O. S. A., suæ di., qui, in nemore juxta viam publicam situatus, propter distantiam villarum undequaque hospitalitate tam divitum quam pauperum ultra vires possessionum suarum, quæ notorie sunt exiles, adeo gravatur quod debitus canonicorum numerus ibidem institutus non potest commode sustentari, uniat paroch. eccl. de Egmanton, dictæ di., in qua prior et conv. ejusd. prioratus jus obtinent patronatus. (*A*. 26, f. 114 a; *V*. 82, ep. 26.)

Ut s. T. XII, XIV.

26611. — *Guillelmo de Calmellis*, archid. Reddensi in eccl. Narbonen., indultum percipiendi fructus omnium benef. suorum ad triennium absque residentia, Roberti de Fuxo, abbatis de Segureto in eccl. Aniciensi, obsequiis insistendo. — I. e. m. archiep.o Tolosano, ep.o Carpentoraten., et abb. monast. Fuxensis, Appamiarum di. (*A*. 26 [1], f. 76 b; *V*. 82, ep. 115.)

30 sept. 1326 (II kal. oct.) T. XVI.

26612. — *Ingerranno ep.o Morinensi* facultas reconciliandi per alium, quoties opportunum fuerit, ecclesias et cæmeteria violata suarum civit. et di. (*A*. 26, f. 117 a; *V*. 82, ep. 41.)

1 (kal.) *oct. 1326.* T. XII, XIV.

26613. — *Rostagno de Lauduno* collatio canon., præb. et camerariæ eccl. Biterrensis, vac. per obitum Pauli de Claromonte, cujus beneficia Papa disposit. suæ reservaverat; non obst. quod in Catalaunensi et Aurelianensi canon. et præb., ac in Ebredunensi eccl. canon. sub exsp. præb. obtineat, aut quod ipsi per Eduardum regem Angliæ de eccl. paroch. de Baybiri, Dunelmen. di., spectante ad collat. ep.i Karleolen., qui est pro tempore, episcopatu Carleolen. vacante jure regali provisum fuerit; quam quidem eccl. dimittere tenetur. — I. e. m. ep.o Tolonensi, et abbati sæcul. s. Affrodisii Biterren., et præp. Avenionen. eccl. (*A*. 26, f. 118 a; *V*. 82, ep. 44.)

Ut s. T. XX.

26614. — *Raimundo ep.o Ilerdensi* mand. ut infra tres menses negotium informationis ipsi per P. P. commissum, super eo quod ep.us Valentinus quamplures ecclesias Segobricen di. indebite detinebat, eid. Papæ instructum remittat, cum jam in eo per xx menses fuerit processum; instante Sancio, Segobricen. et S. M. ep.o. (*A*. 26, f. 124 b; *V*. 82, ep. 52.)

Ut s. T. XXX.

26615. — *Sacristæ, et Raterio de Belloforti, can. eccl. Vauren., ac officiali Vauren.* mand. ut rectores, priores et administratores ecclesiarum, prioratuum, benef. et locorum ecclesiast. infra fines archidiaconatus Savesii in eccl. Tolosana, quem Bertrandus de Marestagno nunc obtinet, consistentium, compellant ut eidem Bertrando de universis juribus ipsi ratione dicti archidiaconatus debitis respondeant, tam pro præterito tempore quo jura hujusmodi subtracta fuerunt, quam etiam pro futuro, non obst. quod post divisionem episcopatus Tolosani ecclesiæ, prioratus, benef. et loca prædicta in Rivensi et Lomberien. di. remanserint. (*A*. 26, f. 138 a; *V*. 82, ep. 88.)

Ut s. T. XI, XIII.

26616. — *Stephano Lascoutz* gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Sarlaten., pertin. ad disposit. ep.i Sarlatensis, cum obligatione dimittendi paroch. eccl. de Paysaco, Lemovicen. di., si benef. c. c. obtinuerit. — I. e. m. præp. Regen., et Pontio Molinerii, Caturcen., ac Guillelmo Gibrani, Petragoricen. can. eccl. (*A*. 26, f. 73 a; *V*. 82, ep. 91.)

Ut s. T. XXVI.

26617. — *Archipr. et capit. eccl. castri de Barolo, Tranensis di.*, infra terminos diœcesis Bartholomæi archiep.i Tranensis constitutæ, mand. ut eidem archiep.o veluti

1. In margine regestri Avinionensis legitur : « *Attende quod missa fuit de camera sine signo vicecancellarii* ».

Datum *Avenione*.

diœcesano pareant sicut debeant, et si vero causam rationabilem habeant ut ad hoc minime teneantur, infra tres menses apost. se conspectui præsentent, propósituri quod voluerint in præmissis; alioquin ad confirmationem sententiarum excom. et interdicti, per eumd. archiep.um promulgatarum, extunc Papa procedet. (*A*. 26, f. 137 ª; *V*. 82, ep. 93.)

[illegible] 1326. T. XVI.

26618. — *Joanni Malpuerreti de s. Gengulpho* confirmantur litteræ apost. de benef. c. c. vel s. c. ad collat. priorissæ et conv. prioratus de Lanchayre, Cluniacen. ord., Cabilonen. di., quarum virtute parochialem eccl. de s. Michaudo, dictæ di., assecutus est, non obst. quod idem prioratus non Cluniacen. ord., prout in eisd. litteris erratum est, sed s. Benedicti existat. (*A*. 26, f. 82 ᵇ; *V* 82, ep. 143.)

Ut s. T. LVII.

26619. — *Michael*, mon. monast. de Ripalta Cisterc. ord., Taurinen. di., et prior prioratus de Boceto, eorumd. ord. et di., fit abbas ejusdem monast. in provincia Mediolanen. consistentis et per obitum Guillelmi apud. S. A. prævia generali reservat. per PP. facta de monast. dictæ provinciæ vacantis, supplic. conv. ipsius monasterii. — I. e. m. conv. et vassallis dicti monast., ep.o Taurinensi. (*A*. 26, f. 222 ª; *V*. 82, ep. 236.)

Ut s. T. XV, XVII.

26620. — *Roberto Busse*, mon. monast. B. M. de Tauystok, O. S. B., Exonien. di., conf. motu proprio prioratus conventualis de Monte Acuto, Cluniacen. ord., Bathonien. di., monasterio Cluniacen., Matisconen. di., ad quod se transferre tenetur, immediate subjectus, vac. per assecutionem prioratus de Giniaco, Cluniac. ord., Lugdunensis di., a Joanne Caprarii auct. litt. apost. factam; non obst. quod abbas dicti monast. Cluniacensis, ad quem collatio dicti prioratus pertinere dicitur, ipsum prioratum Gicardo de Jou contulisset. — I. e. m. præp. Januen., et archid. Notynghamiæ Eboracen., ac cantori Exoniensis eccl. (*A*. 26, f. 220 ª; *V*. 82, ep. 248.)

Ut s. T. XII, XIV.

26621. — *Imberto de Puteo*, archid. Lingonen., Papæ cap., indulgetur ut, ipsius Papæ obsequiis vel scolasticis disciplinis in studio generali insistendo, fructus benef. suorum usque ad triennium integre percipere possit absque residentia. — I. e. m. ep.o Forojuliensi, et Gesselino de Cassannis, can. Biterren., ac officiali Lingonensi. (*A*. 26, f. 235 ª; *V*. 82, ep. 257.)

Ut s. T. XI, XIII.

26622. — *Thilmanno de Derrelich* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Monasteriensis in Eyflia, Colonien. di. — In e. m. abbati monast. Tuitiensis, Colonien. di., et præp. s. Severini Colonien., ac mag. Jacobo de Mutina, can. Cameracen. eccl. (*A*. 26, f. 313 ᵇ; *V*. 82, ep. 421.)

Ut s. T. XI, XIII.

26623. — *Goscalco de Begghehove* eadem gratia in eccl. s. Georgii Coloniensis. — In e. m. præp. s. Severini Colonien., et decano S. M. ad Gradus, ac Jacobo prædicto. (*A*. 26, f. 314 ª; *V*. 82, ep. 422.)

Ut s. T. XI, XIII.

26624. — *Hermanno de Monrial* eadem gratia in eccl. s. Castoris in Confluentia, Treverensis di.; non obst. in Bunnen. et s. Florini Confluen. eccl., Coloniensis et Treverensis di., canon. et præbendis. — In e. m. abb. monast. de Lacu, Treveren. di., et præp. s. Severini Colonien., et Jacobo jam dicto. (*A*. 26, f. 314 ª; *V*. 82, ep. 423.)

Ut s. T. XI, XIII.

26625. — *Godefrido, nato n. v. Gherardi de Schayfsberg*, eadem gratia in eccl. B. M. Trajectensis, Leodien. di. — In e. m. decano et thesaur. eccl. B. M. Aquen., Leodien. di., ac Jacobo moxdicto. (*A*. 26, f. 314 ª; *V*. 82, ep. 424.)

Ut s. T. LXX.

26626. — *Archiep.o Colocen.* mand. ut inquirat de renunciatione a Nicolao, mag. et rectore hospitalis s. regis Stephani Strigonien., et domus s. Trinitatis de Buda, Vesprimen. di., ac omnium aliarum domorum eidem hospitali subjectarum (quod ad R. E. nullo medio pertinet), ord. Cruciferorum, de magistratu et rectoria facta; si

Datum *Avenione.*

autem eam invenerit liberam, eisdem hospitali et domui de persona idonea provideat et ab ea, R. E. nomine, fidelitatis juramentum recipiat, non obst. electione facta Jacobi, nati quondam Petri Calidæ aquæ, dictæ di.; instante Carolo rege Hungariæ. (*A*. 26, f. 311 [b]; *V*. 82, ep. 428; Theiner, *Monumenta historica Hungariæ*, t. I, p. 505, doc. DCCLXXVIII.)

1 (kal.) *oct. 1326.* T. VII[XXIV].

26627. — *Joannes Gratonis*, can. eccl. Cracovien., fit ep.us ejusdem eccl. vacantis per translationem. Nankeri ad eccl. Wratislaviensem. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Cracoviensis; clero et populo civit. et di.; archiep.o Gneznen.; Wladislao regi Poloniæ. (*A*. 26, f. 498 [a]; *V*. 82, ep. 815; Theiner, *Monumenta historica Poloniæ*, t. I, p. 290, doc. CCCLXIX et p. 291, doc. CCCXCI.)

Ut s. T. XI, XIII.

26628. — *Henrico, nato Rutgeri dicti Rayts de Colonia mil.*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. ss. Apostolorum Colonien. — I. e. m. B. M. ad Gradus Colonien., et Caminen. decanis, ac Busolo de Parma, Papæ cap., can. Tornacen. eccl. (*A*. 26, f. 513 [a]; *V*. 82, ep. 843.)

Ut s. T. XI, XIII.

26629. — *Theodorico nato supradicti Rutgeri* similis gratia in eccl. s. Severini Colonien. — I. e. m. ut s. (*A*. 26, f. 513 [b]; *V*. 82, ep. 844.)

Ut s. T. XX.

26630. — *Archiep.o Colonien.* mand. ut dispenset Joannem de Wattendunc, armigerum, et Methildim, natam Joannis dicti de Stralen, suæ di., super IV° consanguin. gradu in matrim. ignoranter contracto. (*A*. 26, f. 510 [b]; *V*. 82, ep. 846.)

Ut s. T. XII, XIV.

26631. — *Geraldo, nato n. v. Roperti comitis de Virnemburg*, gratia exsp. dign., personatus seu off. s. c. in eccl. Coloniensi in qua canon. et præb. obtinet; non obst. in eccl. Bunnen., Colonien. di., canon. et præb., ac defectu ætatis (16 an.) super quo dispensatur. — I. e. m. abb. monast. s. Pantaleonis, et scolast. s. Georgii Colonien., ac mag. Busolo de Parma, can. Tornacen. eccl., Papæ cap. (*A*. 26, f. 521 [a]; *V*. 82, ep. 870.)

Ut s.

26632. — *Gerardo de Berka* prov. canon. eccl. Xancten., Colonien. di.; non obst. in ss. Apostolorum, dictæ di., scolastria et canon. sub exsp. præb., ac in B. M. in Capitolio Colonien. eccl. canon. et præb., necnon paroch. eccl. in Burche, dictæ di. — I. e. m. præp. s. Severini Colonien., et decano S. M. ad Gradus Colonien., ac Busolo prædicto. (*V*. 82, ep. 879.)

Ut s. T. XI, XIII.

26633. — *Reinardo, nato n. v. Roperti comitis de Virnemburgh*, prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Bunnensis, Colonien. di. — I. e. m. ut s. (*A*. 257, f. 91 [a]; *V*. 82, ep. 885.)

Ut s. T. XI, XIII.

26634. — *Joanni, nato supradicti comitis*, similis gratia in eccl. Carpen., Colonien. di.; non obst. canon. et præb. eccl. Coloniensis. — I. e. m. ut s. (*A*. 257, f. 91 [b]; *V*. 82, ep. 886.)

Ut s. T. XI, XIII.

26635. — *Henrico de Nuenhar* similis gratia in eccl. Coloniensi. — I. e. m. ut s. (*A*. 257, f. 91 [b]; *V*. 82, ep. 887.)

Ut s. T. XX.

26636. — *Hermanno de Burinsheym*, cler. Treveren. di., absolutio ab inhabilitate ex eo contracta quia paroch. eccl. in Werenbolkirken, Coloniensis di., tenuit quatuor annis quamvis in presbyterum non promotus fuisset; de qua quidem eccl. 20 flor. auri per tempus hujusmodi vix percepit, quos et amplius convertit in utilitatem eccl. memoratæ; eamdem autem eccl. dimittat. (*A*. 26, f. 525 [b]; *V*. 82, ep. 889; Sauerland (*Rheinlande*), t. I, p. 474, n. 1057.)

Ut s. T. XXVI.

26637. — *Roperto nato n. v. Roperti comitis de Virnemburg* absolutio ab inhabilitate ex eo contracta quia olim in minori constitutus ætate et in Colonien., S. M. ad Gradus Colonien. ac Bunnen., Colonien. di., canon. obtinens et præb., præposituram

Datum *Avenione.*

ejusd. eccl. S. M., c. c., recepit et jam a biennio tenet absque ulla dispensatione. (*A*. 26, f. 597 b; *V*. 83, ep. 1032; Sauerland (*Rheinlande*), t. I, p. 472, n. 1051.)

1 (kal.) oct. 1326. T. XVI, XVIII.

26638. — *Adulpho, nato prædicti comitis*, prov. canon. in eccl. s. Gereonis Colonien. sub exsp. præb. et habilitatio super eo quod, in XII° ætatis suæ anno circiter constitutus, paroch. eccl. in Kelberg, Treverensis di., per biennium tenuit absque dispensatione. — In e. m. ut s., n. 26632 (*A*. 27, f. 17 a; *V*. 83, ep. 1095.)

Ut s. T. XIV, XVI.

26639. — *Roperto, nato prædicti comitis*, prov. canon. sub exsp. præb. et dign., seu personatus, vel off. c. c. vel s. c. ecclesiæ Treverensis; cum dispensatione super defectu ætatis (20 an.) et facultate insimul obtinendi canonicatus et præb. in Coloniensi et Bunnensi ecclesiis; præposituram vero curatam eccl. S. M. ad Gradus Colonien. dimittat. — In e. m. abbati monast. s. Martini, et præp. s. Severini Colonien., ac Busolo de Parma, can. Tornacen. eccl., cap. Papæ. (*A*. 27, f. 52 a; *V*. 83, ep. 1203; Sauerland (*Rheinlande*), t. I, p. 472, n. 1052.)

Ut s. T. IVxxx.

26640. — *Nankerus* promovetur ad episcopatum Wratislaviensem, qui per obitum Henrici ac cessionem bo. me. Viti ep.i, tunc Wratislaviensis cantoris, et Lutoldi, de Glogovia, Wratislaviensis di., scolastici, in discordia electorum, apud S. A. vacat. — In e. m. capit. eccl. Wratislaviensis; populo civit. et di.; archiep.o Gneznensi. (*A*. 27, f. 123 b; *V*. 83, ep. 1363; Theiner, *Monumenta historica Poloniæ*, t. I, p. 289, doc. CCCLXVIII.)

Ut s. T. XI, XIII.

26641. — *Petro Monnerii*, cler. Dien. di., gratia exp. benef. ecclesiast. (c. c. 80 vel s. c. 40 lib.) ad capit. eccl. Lingonensis dispositionem pertin. — I. e. m. abbati monast. Belli loci (Reg. Av. = Bello logo), Lingonen. di., et priori ss. Geminorum prope Lingonas, ac mag. Petro de Vigono, can. Taurinensi, scriptori PP. (*A*. 28, f. 367 a; *V*. 84, ep. 3035.)

2 (vi non.) oct. 1326. T. XX.

26642. — *Archid. Figiacen. Caturcen., et Bertrando de Claromonte, Colimbrien., ac Guillelmo de Rofilhaco, Lemovicen. can. eccl.*, mand. pro receptione Raimundi de Lhaubart, cler. Caturcen. di., in monast. s. Martialis Lemovicen., O. S. B. (*A*. 26, f. 128 b; *V*. 82, ep. 68.)

Ut s.

26643. — *Guillelmo de Cantumerule* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Ebroicensis. — In e. m. s. Genovefæ Parisien. et s. Taurini Ebroicen. monast. abbatibus, ac archid. Rothomagen. ecclesiæ. (*A*. 28, f. 139 b; *V*. 84, ep. 2978.)

3 (v non.) oct. 1326. T. XI, XIII.

26644. — *Garsiæ de Isava* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Tirasonen., non obst in de Isava Biota et de Busmeduno ecclesiis, Pampilonen. et Tirasonen. di., perp. portionibus. — I. e. m. ep.o Segobricen., et Tirasonen. ac Belchiten. Cæsaraugustan. archid.is eccl. (*A*. 26, f. 73 b; *V*. 82, ep. 92.)

Ut s. T. XX, XXII.

26645. — *Francisco Monaudi* conf. prioratus s. Agnetis villæ de Sancta Ænea, Camaldulen. ord., Perusin. di. Vacante dudum monasterio s. Sepulchri de Burgo, dicti ord., Civitatis Castelli di., conventus Angelum, tunc ejusd. prioratus priorem, in abbatem elegerunt, et prior generalis dicti ord. electionem confirmavit, ac de mand. Papæ dicto Francisco de eodem prioratu provisum fuit. Asserens tamen præfatus Angelus quod hujusmodi electio et confirmatio reservat. a PP. factam de monast. omnibus partium Tusciæ subsecutæ fuerant, ipseque non fuerat nec esse poterat verus abbas dicti monast., sed prior dicti prioratus remanserat, Papa eumdem Angelum in abb. ejusd. monast. præfecit, et dicto Francisco prædictum prioratum confert. — I. e. m. abb. s. Benedicti de Petraficta, et Heremitæ s. Uberti de Monciano, per priorem soliti gub., Perusin. et Assisinaten. di., ac eccl. Spoletanæ prioribus. (*A*. 26, f. 229 b; *V*. 82, ep. 250.)

Datum *Avenione*.

3 (v non.) *oct. 1326*.
T. XI, XIII.

26646. — *Petro de Albino de s. Severo*, cler. et famil. Mariæ reginæ Majoricarum, gratia exsp. benef. s. c. (20 unc. auri) in civit. vel di. Beneventan. pertin. ad collat. ep.i Beneventani; non obst. in eccl. Civitatis Sanctæ Mariæ canon. sub exsp. præb. — I. e. m. ep.o Venafran., et archipr. S. M. de s. Severo, Civitaten. di., ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen. eccl. (*A*. 26, f. 251 [a]; *V*. 82, ep. 295.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26647. — *Guillermo Eustachii, can. monast. s. Ruffi Valentin. O. S. A.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c., etiamsi prioratus, vel dign., aut off. seu administr. existat, ad abb. et conv. dicti monast. dispositionem pertin. — In e. m. ep.o Tolonen., et præp. Aurasicen., ac Bertrando de Mornatio, can. Vasionensis eccl. (*A*. 28, f. 400 [a]; *V*. 84, ep. 3102.)

4 (iv non.) *oct. 1326*.
T. XL.

26648. — *Lugdunen. et Viennen. archiep.i, ac ep.us Aniciensis* dantur ut judices conservatores abbati et conv. monast. Athanacen. Lugdunen. O. S. B., ad quinquennium. (*A*. 26, f. 172 [a]; *V*. 82, ep. 36.)

Ut s.
T. XXIV, XXVI.

26649. — Revocantur concessiones bonorum monast. Athanacen. Lugdunen., O. S. B., quorum fere tertia pars per abbates ejusdem monast. tam ecclesiasticis sæcul. et regularibus quam laicalibus personis concessa fuit; instante Guillelmo ejusd. monasterii abbate. — I. e. m. archiep.o Lugdunensi, et abb. monast. Savinhiacensis, Lugdunen. di., ac priori s. Yrenæi Lugdunen. (*A*. 26, f. 117 [b]; *V*. 82, ep. 39.)

Ut s.
T. XII, XIV.

26650. — *Petro Martini* prov. canon. eccl. Cordubensis sub exsp. præb. cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus; non obst. canon. et præb. in eccl. Seguntin., et præstimonialibus portionibus seu simplicibus benef. in di. Seguntin., in præsentibus singulariter non expressis. — I. e. m. abb. de Metina Seguntin., et mag. Amelio de Beronia, Turonen., ac Gundisalvo Petri, dictæ Seguntin. can. eccl. (*A*. 26, f. 140 [a]; *V*. 82, ep. 96.)

Ut s.
T. XVI.

26651. — *Joanni de Chaylle*, cler. Lincolnien. di., conc. tabellionatus off. (*A*. 26, f. 64 [b] et 159 [a]; *V*. 82, ep. 1024.)

5 (iii non.) *oct. 1326*.
T. XI, XIII.

26652. — *Mag. Gotio de Arimino*, utriusque juris professori, Papæ cap., reservantur canon. et præb. eccl. Burgensis cum præstimoniis et portionibus per consecrat. Joannis electi Lucensis in brevi vacatura; non obst. in Ravennaten. et Palentin. canon. et præb., ac in eadem Palentin. eccl. cum præstimoniis de Paredes, de Nava, Villamediana, Furnellis, Valdespina, s. Jacobi de Lapuebla et de Valdenobro, Palentin. di. — I. e. m. Jacobo de Mutina, Cameracen., Papæ cap., et Ricardo de Murro ac Martino Eximini, Burgen. eccl. can. (*A*. 26, f. 131 [b]; *V*. 82, ep. 74.)

Ut s.
T. XVIII, XX.

26653. — *Roderico Didaci* collatio canon. eccl. Cæsaraugustanæ, O. S. A., sub exsp. dign., personatus, seu off. etiam c. c., consuetæ vel consueti ipsius eccl. can. assignari, et ad archiep.i Cæsaraugustani collat. pertin.; cum clausula dimittendi, postquam professionem fecerit in eccl. supradicta, canon. et præb. in Conchen. et Segobien., portiones in Toletana et Turolen., Cæsaraugustan. di., eccl. necnon præstimonia seu præstimonialia de Cortoles, Rocalem, Amalilel, Vallisolivarum et s. Salvatoris ac de Pedrezuela, de s. Salvatore de Cuellar, de Sepulcro, de Maniele, de s. Michaele de Monte et de s. Cruce de Monteyo, Conchen. et Segobien. di. — I. e. m. ep.o Segobricen., et abbati monast. Fuxen., Appamiarum di., ac Guillelmo Bernardi, can. Toletano. (*A*. 26, f. 133 [b]; *V*. 82, ep. 78.)

Ut s.
T. XI 1/2, XIII 1/2.

26654. — *Sancio de Carenterio* can. præben. eccl. s. Michaelis de Regula, Vasaten. di., gratia exsp. benef. (c. c. 100 vel s. c. 50 l. t.) in civit. vel di. Auxitan., pertin. ad collat. archiep.i Auxitani; cum obligatione dimittendi paroch. eccl. s. Biviani de Balsano, Vasaten. di., si benef. c. c. obtinuerit. — I. e. m. præp. s. Justini in eccl.

Datum Avenione.

Auxitano, et archid. Nanneten., ac Gotio de Arimino, can. Palentinæ eccl. (A. 26, f. 134 b; V. 82, ep. 81.)

5 junii anni 1326. T. XI, XIII.

26655. — *Philippo Alphonsi*, perp. portionario eccl. S. M. de Turribusveteribus, Ulixbonen. di., collatio paroch. eccl. S. M. de Caria superiori, Lamecen. di., vac. per obitum apud S. A. Francisci Laurentii. — I. e. m. Joanni Vincentii, Bracharen., et Joanni de Laurosa, Colimbrien., et Joanni Stephani, Ægitanien. can. eccl. (*A*. **26**, f. 71 b; V. 82, ep. 85.)

Ut s. T. XI, XIII.

26656. — *Joanni Martini* collatio canon. et præb. eccl. Lamecensis, vac. per obitum apud S. A. Francisci Laurentii; non obst. paroch. eccl. s. Juliani de Flectas, Bracharen. di., et quibusdam præstimoniis (40 flor. auri) in Bracharen., Portugalen. et Lamecen. civit. et di. — I. e. m. ut s. (*A*. 26, f. 72 a; *V*. 82, ep. 86.)

Ut s. T. XI ..., XIII ...

26657. — *Michaeli Ricomanni* gratia exsp. benef. sæcul. c. c. (vel s. c. 50 l. barchinonen.) in civit. vel di. Valentin., pertin. ad coliat. ep.i; non obst. canon. et præb. sub exsp. præposituræ seu mensatæ quæ nec dign. nec personatus existit in eccl. Valentina, et paroch. eccl. de Albalaco, Dertusen. di., quam dimittere tenetur, si benef. c. c. virtute præsentium obtinuerit. — I. e. m. priori Dertusen., et sacristæ Avenionen., ac mag. Gotio de Arimino, can. Palentin. eccl., Papæ cap. (*A*. **26, f. 141** b; V. 82, ep. 99.)

Ut s. T. XXIV.

26658. — *Joanni ep.o Ulixbonensi*. Exposuit Alphonsus, rex Portugalliæ et Algarbii, quod, cum eccl. de Transmires, Bracharen. di., cujus ecclesia Bracharensis et nonnulli laici jus obtinent patronatus, per consecrationem ipsius ep.i apud S. A. vacavisset, major pars laicorum eorumdem Michaelem Vivas, clericum Ulixbonen., regis ipsius cancellarium, archiep.o Bracharensi, loci ordinario, in rectorem ad dictam eccl. præsentarunt, quodque dictus archiep.us præsentationem hujusmodi ex eo admittere recusavit quia jus patronatus ad dictam Bracharen. eccl. pertinet et quia ead. eccl. de Transmires apud S. A. vacabat; quare Alphonsus rex præsentationem hujusmodi auct. apost. admitti petit. Cum autem Papa, hujusmodi jus patronatus ignorans, dictam eccl. sic vacantem Raimundo de Serra, can. Ilerden., contulisset, dicto ep.o mandat ut, vocatis qui fuerint evocandi, faciat super præmissis quod justitia suadebit. (*A*. 26, f. 144 a; *V*. 82, ep. 107.)

Ut s. T. L.

26659. — *Laurentio Roderici, mon. monast. s. Joannis de Tarauca, Cisterc. ord., Lamecen. di.*, jam dispensato ut vocem et locum in capit. habere, et ad prioratus ac dignitates citra tamen abbatiales dicti ord. eligi valeret, non obst. quod ord. F. M. professus antea fuisset, conc. dispens. ut ad omnes, citra tamen principalem, dignitates abbatiales dicti Cisterc. ord. assumi valeat; instante Alphonso rege Portugalliæ et Algarbii. (*A*. 26, f. 144 b; *V*. 82, ep. 108.)

Ut s.

26660. — *Beatrici reginæ Portugalliæ* indultum eligendi sepulturam in quocumque maluerit loco, etiam si ex quacumque causa ecclesiast. suppositus erit interdicto. (A. 26, f. 145 b; V. 82, ep. 109.)

Ut s. T. XI, XIII.

26661. — *Didaco Gomecii*, rectori paroch. eccl. de Pias, Tuden. di., prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Tudensis, consid. Beatricis reginæ Portugalliæ. — I. e. m. decano Elboren., et Joanni Vincentii ac Joanni Palmarii, can. Bracharensis eccl. (*A*. **26**, f. 146 b; *V*. 82, ep. 110.)

Ut s. T. XI, XIII.

26662. — *Gonsalvo Stephani* similis gratia in eccl. Silvensi in qua, sicut asseritur, per P. P. nondum alicui gratia facta fuit, consid. ut s. — I. e. m. ep.o Ægitanien., decano Elboren. et Joanni Vincentii, can. Bracharen. eccl. (*A*. 26, f. 147 a; *V*. **82**, ep. 111.)

Datum *Avenione*.

5 (III non.) *oct. 1326*.
T. XX.

26663. — *Decano Zutphanien., et thesaur. Embricen., Trajecten. di., ac Ambrosio de Lamayrola, can. Mediolanen. eccl.*, mand. ut Henrico Jacobi Burwisch, subdiacono Trajecten. di., rectori paroch. eccl. Novæ Civitatis Sutphanien., dictæ di., conferant canon. eccl. s. Petri Trajecten., sub exsp. præb. cum supplemento. (*A*. 26, f. 75 [b]; *V*. 82, ep. 114.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26664. — *Paulo de Bajona*, can. præben. eccl. Vasatensis, gratia exsp. benef. c. c. (vel s. c. 50 l. t.) in civit. vel di. Vasaten., pertin. ad collat. ep.i — I. e. m. abbati monasterii Montisguillelmi, Vasaten. di., et Gotio de Arimino, can. Palentin., ac officiali Condomien. (*A*. 26, f. 147 [b]; *V*. 82, ep. 126.)

Ut s.
T. XX.

26665. — *Abb. monast. de Bersillo, et præp. Burgi s. Donini, ac archipr. de Campigine eccl., Parmen. di.*, mand. ut Catherinam natam Jacobi Ceraci, civis Parmen., puellam litteratam, recipi faciant in monast. s. Dominici Parmen., O. S. A. (*A*. 26, f. 86 [a]; *V*. 82, ep. 158.)

Ut s.
T. XX.

26666. — *Bertrando s. Marcelli presb. card., A. S. legato*, mand. ut Joannino Zavatæ, R. E. fideli, conferat hospitale s. Jacobi de Ponte Henciæ, Parmen. di., ad collat. certorum can. eccl. Parmensis pertin., et per obitum Joannini Cavanarii ac etiam de jure vacans ex eo quod per præfatos can. plures electiones nulliter factæ fuerunt, una videlicet de Petro de Montemedrulo et altera de Joanne de Totulis, qui propter potentiam cujusdam consanguinei dictum hospitale occupatum detinet. (*A*. 26, f. 86 [b]; *V*. 82, ep. 160.)

Ut s.
T. XXIV.

26667. — *Acacio de Marano* confirmatur, quoad vixerit, prioratus de Calio, O. S. B., Parmen. di., monasterio s. Joannis Parmensis, dicti ord., cujus existit mon., immediate subjectus ac per ejusd. monast. mon. solitus gub., quem canonice assecutus est ac pacifice possidet. (*A*. 26, f. 91 [a]; *V*. 82, ep. 161.)

Ut s.
T. XXIV.

26668. — *Antonio de Montenariis* confirmatio similis de prioratu s. Luciæ de Cortanguano, O. S. B., Parmen. di., monasterio s. Joannis Parmen., dicti ord., cujus mon. existit, immediate subjecto et per ipsius mon. solito gub. (*A*. 26, f. 91 [b]; *V*. 82, ep. 162.)

Ut s.
T. XX.

26669. — *Abb. monast. de Bersillo, et præp. Burgi s. Donini, ac archipr. de Campigine eccl., Parmen. di.*, mand. pro receptione Axinæ natæ Ilarioli de Monticellis, civis Parmen., puellæ litteratæ, in monast. s. Odorici Parmen., O. S. B. (*A*. 26, f. 91 [b]; *V*. 82, ep. 163.)

Ut s.
T. XII ½, XIV ½.

26670. — *Dalmasio nato quondam Stephani Calamonis de Butrio* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (150 flor. auri) in civit. vel di. Tridentin., pertin. ad collat. ep.i Tridentini, etiamsi dign., personatus seu off. existat; cum obligatione dimittendi præposituram et canon. eccl. Alexandrinæ, Aquen. di.; cassantur insuper quoad benef. curatum litteræ Bertrandi s. Marcelli presb. card., A. S. legati, per quas canon. et præb. in eccl. Forlivien., et benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Ferrarien., pertin. ad collat. ep.i Ferrariensis, exspectat. — I. e. m. prædictis executoribus. (*A*. 26, f. 87 [b]; *V*. 82, ep. 164.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26671. — *Eustachio nato Bernardi de Monticellis* prov. clericatus eccl. s. Bartholomæi Parmensis sub exsp. præb., consuetæ clericis ejusd. eccl. assignari. — I. e. m. ut s. (*A*. 26, f. 88 [b]; *V*. 82, ep. 166.)

Ut s.
T. XIV.

26672. — *Bertrando s. Marcelli presb. card., A. S. legato*, mand. ut Thadæo nato quondam Hugolini de Manfredis, cler. Regin., conferat præposituram eccl. s. Prosperi de Castello Regin., propter diutinam vacationem S. A. disposit. devolutam, licet ipse nondum xxv^um annum attingat. (*A*. 26, f. 89 [b]; *V*. 82, ep. 167.)

Datum *Avenione*.

5 (III non.) oct. 1326
T. XX

26673. — *Abb. monast. de Bersillo, et præp. Burgi s. Donini, ac archipr. de Campigine eccl., Parmen. di.*, mand. pro receptione Catherinæ natæ Gerardini de Plaza, civis Parmen., puellæ litteratæ, in monast. s. Alexandri Parmen., O. S. B. (*A*. **26**, f. 90 [a]; *V*. 82, ep. 168.)

Ut s.
T. XX.

26674. — *Eisdem* mand. pro receptione Joannæ natæ Francisci Ceraci, civis Parmen., puellæ litteratæ in monast. s. Pauli Parmen., O. S. B. (*A*. **26, f. 90** [a]; ***V*. 82**, ep. 169.)

Ut s.
T. XI. XIII

26675. — *Azoni, nato Corradi de Amorosis civis Parmen.*, prov. canon. sub exsp. præb. plebis s. Joannis de Cuxignano, Parmen. di. — I. e. m. prædictis executoribus. (*A*. 26, f. 93 [a]; *V*. 82, ep. 170.)

Ut s.
T. XI. XIII

26676. — *Jacobo quond. Petri de Pellizonis* gratia exsp. benef. c. c. vel (s. c. 50 flor. auri) in civit. vel di. Taurinen., pertin. ad collat. ep.i et capit. Taurinen.; non obst. in plebe s. Eulaliæ, Parmen. di., canon. et præb. (8 flor. auri). — I. e. m. ut s. (*A*. 26, f. 102 [a]; *V*. 82, ep. 190.)

Ut s.
T. XII.

26677. — *Rectori comitatus Romandiolæ* mand. ut Gerardo, nato Joannis Zavatæ jurisperiti, civi Parmen., provideat de aliquo officio potestariæ ejusd. comitatus, usque ad S. A. beneplacitum. (*A*. 26, f. 104 [a]; *V*. 82, ep. 202.)

Ut s.
T. XXVIII

26678. — *Bertrando s. Marcelli presb. card., A. S. legato*, mand. ut a Ventura de Parma resignat. recipiat de canon. et præb. eccl. s. Petri de Purpurano, Parmen. di., eaque conferat pers. idoneæ ab Azone de Corrigia, præp. eccl. s. Donini, Parmen. di., Papæ cap., nominandæ. (*A*. 26, f. 107 [a]; *V*. 82, ep. 205.)

Ut s.
T. XI. XIII.

26679. — *Petro Guigonis de Castronovo*, nato n. v. Petri Guigonis de Castronovo, collatio canon. eccl. Metensis sub exsp. præb. non sacerdotalis. — I. e. m. Meten. et Tolonen. ep.is, ac Martino de Calenconio, can. Vivariensis eccl. (*A*. 26, f. 213 [a]; *V*. 82, ep. 218.)

Ut s.
T. XI. XIII

26680. — *Raimundo Lobeti* collatio canon. eccl. Cabilonen., in qua certus can. numerus et præb. distinctio non habentur, sub exsp. dign., vel personatus seu off. c. c. vel s. c.; non obst. quod benef. ad collat. ep.i Ruthenen. exspectet. — I. e. m. s. Marcelli prope Cabilonem, et s. Felicis Valentin. prioribus, ac archid. Benascen. in eccl. Ilerdensi. (*A*. 26, f. 273 [b]; *V*. 82, ep. 340.)

Ut s.
T. XI. XIII

26681. — *Waltero de Sarburch*, cler. Metensis di., gratia exsp. benef. ecclesiastici s. c. vel c. c. (50 l. t.), ad abbatis et conv. monast. in Novillari, O. S. B., Argentinen. di., dispositionem pertinentis. — I. e. m. ut s., n. 26679. (*A*. 26, f. 336 [b]; *V*. 82, ep. 485.)

Ut s.
T. XI. XIII

26682. — *Joanni de Firmitate*, mon. monast. s. Eugendii Juren., O. S. B., Lugdunen. di., gratia exsp. prioratus vel administr., seu off. aut benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. ad abb. et conv. ejusd. monast. dispositionem pertin. (100 l. t.) — I. e. m. archiepo Ebredunen., et de Monte S. M. Bisuntin., ac de Boumont, Gebennen. di., monast. abbatibus. (*A*. 27, f. 135 [a]; *V*. 83, ep. 1352.)

Ut s.

26683. — *Joanni Bolardi* gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Bituricen., pertin. ad collat. archiep.i Bituricensis, cum obligatione dimittendi paroch. eccl. de Turnone, Valentin. di., si benef. c. c. obtinuerit; non obst. perp. vicaria in eccl. Bituricensi. — I. e. m. abb. monast. s. Supplitii, et priori s. Ursini Bituricen., ac Miloni de Donzi, can. Nivernen. eccl. (*A*. 28, f. 300 [b]; *V*. 84, ep. 2972.)

Ut s.

26684. — *Ludovico ep.o Metensi* conc. ut potestate pridem ipsi concessa scilicet providendi personæ ipsi benevisæ de thesauraria ecclesiæ Metensis, per obitum mag. Simonis de Marvilla, S. A. cap., vac., uti libere valeat, non obst. quod Hugo de Montejustino, can. Bisuntin., falso asserens ipsi ep.o placere quod de dicta thesau-

Datum *Avenione*.

raria per P. P. provideretur eidem, thesaurariam ipsam a Papa sibi conferri obtinuit et ex tali suggestione conficta possessionem ejusd. thesaurariæ adeptus est. (*V*. 92, ep. 3131, f. 117 [a]; Sauerland, *Quellen zur lothringischen Geschichte*, t. I, p. 240, n. 507.)

6 (II non.) *oct. 1326.* T. XI, XIII.

26685. — *Heliæ Armandi* collatio canon. et præb. eccl. Burdegalensis, vac. per obitum apud S. A. Guillelmi s. Cyriaci in Termis presb. card.; non obst. in s. Æmiliani canon. et præb., ac in de Podio Normanni, Burdegalensis di., eccl. quadam perp. capell., et gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., ad collat. ep.i Xanctonensis. — I. e. m. abbati monast. s. Crucis Burdegalen., et præp. Januen., ac archid. Engolismen. eccl. (*A*. 26, f. 130 [b]; *V*. 82, ep. 64.)

Ut s. T. VI[XXIV].

26686. — *Monaldus*, O. F. M., fit ep.us eccl. Melfien., R. E. immediate subjectæ, vac. per obitum apud S. A. Alexandri. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Melfien.; clero et populo civit. et di.; Roberto regi Siciliæ. (*A*. 26, f. 135 [b]; *V*. 82, ep. 84; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 309, n. 631.)

Ut s. T. XI, XIII.

26687. — *Bernardo de Tarrida* conf. archipresb. de Bellomonte, Montisalban. di., vac. per obitum apud S. A. Guillelmi s. Cyriaci in Termis presb. card.; cum obligatione dimittendi paroch. eccl. de Salis, Mirapiscen. di. — I. e. m. ep.o Convenarum, et Lumberien., ac Savesii Tolosan. ecclesiarum archid.is. (*A*. 26, f. 139 [b]; *V*. 82, ep. 97.)

Ut s. T. XXIV, XXVI.

26688. — *Ad perp. rei memoriam.* Declaratur guardianum fratrum O. M. loci de Peyra, Constantinopolitanæ di., teneri ad solutionem canonicæ portionis de funeralibus et legatis rectori eccl. s. Michaelis dicti loci de Peyra faciendam, cum auditi sint Gualterius de Verano, rector prædictæ ecclesiæ, minister vulgariter nuncupatus, et Petrus de Roma, guardianus fratrum O. M. ejusdem loci, a Gotio de Arimino, can. Ravennatensi, P. P. cap. et auditore causarum palatii apost., ad hoc specialiter deputato. — I. e. m. ep.o Tolonensi, et Januensis ac S. M. in Vineis Januen. præpositis eccl. (*A*. 26, f. 361 [a]; *V*. 82, ep. 527; Eubel, *op. cit.*, t. V, p. 308, n. 630.)

Ut s. T. XVI.

26689. — *Vicario archiep.i Tolosani* facultas concedendi tabellionatus off. Guillelmo Adzemarii, cler. Lemovicen. di. (*A*. 26, f. 156 [a]; *V*. 82, ep. 1000.)

Ut s. T. XI, XIII.

26690. — *Ruphino de Giliis de Pineyrolio* collatio canon. sub exsp. præb. eccl. Taurinen. — I. e. m. abb. monast. B. M. de Pinayrolio, Taurinen. di., et præp. Januen., ac Rolando de Scarampis, can. Astensis eccl. (*A*. 28, f. 349 [a]; *V*. 84, ep. 2999.)

7 (non.) *oct. 1326.* T. XI, XIII.

26691. — *Mag. Heliæ de Malayolis* collatio canon., præb. et archidiac. de Arramio eccl. Convenarum vac. per obitum apud S. A. Guillelmi s. Cyriaci in Termis presb. card.; parochialem vero eccl. de Lopchaco, Petragoricen. di., dimittere tenetur. — I. e. m. Heliæ electo Lemovicen., et abbati monast. Lezaten., Riven. di., ac decano eccl. Engolismensis. (*A*. 26, f. 133 [a]; *V*. 82, ep. 75.)

Ut s. T. XXX.

26692. — *Petro archiep.o Cæsaraugustano* facultas reservandi collationi suæ pro II cler. ab eo eligendis duo benef. c. c. vel s. c., etiamsi plebanatus vel archipresb. existant, ad archiep.i Cæsaraugustani collat. pertin., in di. Cæsaraugustana vacantia vel vacatura. (*A*. 26, f. 135 [a]; *V*. 82, ep. 80.)

Ut s. T. XI, XIII.

26693. — *Joanni de Agia*, cler. Lemovicen. di., gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Lemovicen., pertin. ad collat. ep.i. — I. e. m. decano s. Stephani de Tescone Montisalban., et Audoyno Marches, ac Guidoni de Mauriolis, can. Lemovicen. eccl. (*A*. 26, f. 138 [a]; *V*. 82, ep. 89.)

Ut s. T. XII, XIV.

26694. — *Joanni Gentilis de Murro*, can. Burgen., indult. percipiendi integre fructus benef. suorum ad triennium, in Marchia Anconitana vel alibi, ubicumque moram trahendo. — I. e. m. priori s. Isidori, Palentin. di., ac Guidoni de Velletro, archid.

Datum Avenione.

de Ardenna, Leodien., Papæ cap., et Francisco de Cesis, scolast. Palentinæ eccl. (A. 26, f. 119 a; V. 82, ep. 131.)

[illegible] 1326. T. XI. XIII.

26695. — *Blacatio de Bellodisnari* collatio eccl. s. e. s. Petri in parochia eccl. s. Juliani, Regensis di., consistentis et ante obitum Petri de s. Maximo per P. P. disposit. suæ reservatæ. — I. e. m. præp. Avenionen., et archid. Benascen. Ilerden., ac Martino de Chalanconio, can. Vivarien. eccl. (*A*. 26, f. 83 a; *V*. 82, ep. 151.)

Ut s. T. XI. XIII.

26696. — *Joanni Marchasole de Placentia* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Placentinæ. — I. e. m. mag. Leonardo de Guarcino, thesaur. eccl. Lingonen., Papæ notario, et abb. monast. s. Savini ac priori s. Dalmatii Placentin. (*A*. 26, f. 98 a; *V*. 82, ep. 182.)

Ut s. T. XI. XIII.

26697. — *Eidem* similis gratia in eccl. Paduana. — I. e. m. ut s. (*A*. 26, f. 98 a; *V*. 82, ep. 183.)

Ut s. T. XI. XIII.

26698. — *Blacatio de Bellodisnari* prov. canon. eccl. s. Marii de Folcalquerio, Sistaricen. di., sub exsp. præb. non sacerdotalis. — I. e. m. ut s., n. 26695. (*A*. 26, f. 102 b; *V*. 82, ep. 191.)

Ut s. Gr. pro pers. card.

26699. — *Ep.o Riven., et mag. Gesselino de Cassanhis, Biterren., ac Oliverio de Cerzeto, Æduen. eccl. can., Papæ capellanis,* mand. ut Arnaldo s. Eustachii diac. card. conferant prioratum conventualem de Catusio, monasterio de Clusa, O. S. B., Caturcen. et Taurinen. di., immediate subjectum, per ejusd. monast. mon. solitum gub. et post obitum Guillelmi Saleta per P. P. disposit. suæ reservatum; cum dispens. super plural. benef. (*A*. 26, f. 238 a; *V*. 82, ep. 269.)

Ut s. T. XI. XIII.

26700. — *Rodulpho de Sellanova* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Lausanensis. — I. e. m. priori s. Georgii, Gratianopolitanæ di., et Manueli de Flisco, Atrebaten., ac Stephano de Contamina, Gebennen. eccl. can. (*A*. 26, f. 268 a; *V*. 82, ep. 322.)

Ut s. T. XI. XIII.

26701. — *Guillelmo de Poypia* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Gebennensis; non obst. in s. Joannis Maurianen. canon. et præb., et in Bellicen. eccl. capell. B. M. et clericatu. — I. e. m. priori s. Georgii, Gratianopolitanæ di., et Manueli de Flisco, Atrebaten., ac Petro Francisci, Lausanen. eccl. can. (*A*. 26, f. 270 b; *V*. 82, ep. 325.)

Ut s. T. XI. XIII.

26702. — *Humberto de Castelleto* collatio canon. eccl. Cabilonensis in qua certus can. numerus et præb. distinctio non habentur; non obst. paroch. eccl. Baugiaci, quadam parva decima in parochia Baugiacivillæ, Lugdunen. di., ac canon. eccl. s. Pauli Lugdunen., de quo nullum adhuc commodum extitit assecutus. — I. e. m. decano Lugdunen., thesaur. Lausanen., et Petro de Claromonte, can. Aurelianen. eccl. (*A*. 26, f. 286 a; *V*. 82, ep. 361.)

Ut s. T. X. XII.

26703. — *Pontio de Pereto,* perp. vicario paroch. eccl. de Podio Michaelis, Regen. di., prov. canon. sub exsp. præb. sæcul. eccl. s. Pauli Narbonen.; non obst. quod benef. c. c. vel s. c. ad collat. ep.i Biterrensis exspectet. — I. e. m. ep.o s. Papuli, et Genselino de Cassanhis, Biterren., et Raimundo Andreæ, Lodoven. eccl. can. (*A*. 26, f. 456 b; *V*. 82, ep. 716.)

Ut s. T. X. XII.

26704. — *Mag. Jacobo de Priceno,* physico Clementiæ R. F., rectori paroch. eccl. s. Christophori Parisien., prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Audomari, Morinensis di. — I. e. m. abbati monast. s. Bertini de s. Audomaro, Morinen. di., et decano Morinen., ac mag. Geraldo de Lalo, can. Claromonten. eccl., Papæ cap. (*A*. 26, f. 506 b; *V*. 82, ep. 836.)

Ut s. T. L. LII.

26705. — *Aimerico archiep.o Ravennaten.* indultum visitandi per alios ad biennium loca et pers. ecclesiast. suarum civit., di. et provinciæ, ac procurationes recipiendi. — I. e. m. Ferrariensi et Ariminen. ep.is, ac abbati monast. s. Vitalis Ravennatensis. (*A*. 26, f. 544 b; *V*. 82, ep. 916.)

Datum *Avenione*.

7 (non.) *oct. 1326.* T. XX.

26706 — *Eidem* facul. concedendi tabellionatus off. II personis. (*A*. 26, f. 159 ᵃ et 455 ᵇ; *V*. 82, ep. 1025.)

8 (VIII id.) *oct. 1326.* T. XII, XIV.

26707. — *Geraldo de Campmul*, cantori et can. eccl Parisiensis, legum doctori, Papæ capellano et famil., indultum ut fructus cantoriarum quas in Parisien. et Lumberien., et canon. ac præb., quas in eisd., ac Caturcen. et de Capdroto, Sarlaten. di., ecclesiis obtinet, in aliqua dictarum eccl. residendo integre percipere possit ad triennium. — I. e. m. archiep.o Tolosano, et Parisien. ac s. Pontii Thomeriarum ep.is. (*A*. 26, f. 122 ᵇ; *V*. 82, ep. 48.)

Ut s. T. XX.

26708. — *Bertrando s. Marcelli presb. card.*, *A. S. legato*, mand. ut justitiæ complementum exhibeat Franciscæ, natæ quondam Alberti Scoti ac relictæ quond. Gerardi Claponi civium Placentin., viduæ Placentinæ, super eo quod cum olim Galeatio de Vicecomitibus de Mediolano, de hæresi condemnato, civitati et districtui Placentinis per oppressionem tyrannicam dominante, dictus Albertus una cum nonnullis nobililus Placentinis per gentes ipsius Galeatii captus et Mediolanum ductus, ac Antoniolus, ejusdem Franciscæ natus, tunc in IIIᵒ vel IVᵒ ætatis suæ anno constitutus, per easdem gentes Placentiæ captus et detentus fuisset, et deinde ipsa Francisca cum eodem Antoniolo, e manibus prædictarum gentium liberato, persecutionem ejusd. Galeatii fugiens, ad castrum Arquatum, Placentinæ di., tunc eid. Galeatio contrarium et rebelle, se transtulisset, gentes prædictæ ac alii dicto Galeatio adhærentes domos Franciscæ et Antonioli præfatorum, quas habebant in civitate prædicta, diruerunt ac nonnulla ejus bona occuparunt, ipsaque occupata detinent. (*A*. 26, f. 124 ᵃ; *V*. 82, ep. 53.)

Ut s. T. XI, XIII.

26709. — *Aymoni de Balma*, mon. monasterii de Gigniaco, ord. Cluniacen., Lugdunen. di., gratia exsp. prioratus, vel decanatus, seu dign., aut personatus seu administr., vel off. sive benef. c. c. vel s. c., pertin. ad collat. prioris et conv. ejusd. monasterii, per priorem soliti gub. et ipsius monast. monachis assignari consueti. — I. e. m. Cabilonen. et Benascen. Ilerden. archid.is, ac sacristæ sæcul. s. Pauli Lugdunensis eccl. (*A*. 26, f. 153 ᵇ; *V*. 82, ep. 152.)

Ut s. T. XI, XIII.

26710. — *Joanni de Balma* provisio canon. ecclesiæ Bisuntinæ sub exsp. præb., dign., vel personatus aut off. c. c. vel s. c.; non obst. paroch. eccl. de Dompna Petra, Bisuntin. di., quam dimittere tenetur. — I. e. m. ut s. (*A*. 26, f. 154 ᵇ; *V*. 82, ep. 153.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

26711. — *Bernardo Segerii*, mon. monasterii Grassen., O. S. B., Carcassonen. di., gratia exsp. prioratus, præposituræ, off. aut benef. c. c. vel s. c., consueti vel consuetæ per mon. ejusd. monasterii gub., et ad ipsius abbatis et conv. collationem pertin.; cum obligatione dimittendi quoddam modicum benef. refectoriam nuncupatum in eod. monasterio, quod ex commenda dicti abbatis, etiam per aliquas litteras ipsi non facta, obtinet. — I. e. m. decano s. Stephani de Tescone Montisalban., et Carcassonensis ac Agathensis sacristis eccl. (*A*. 26, f. 92 ᵃ; *V*. 82, ep. 165.)

Ut s. T. XI, XIII.

26712. — *Stephano nato quondam Petri de s. Jorio* provisio canon. sub exsp. præb. eccl. Lausanensis. — I. e. m. priori s. Victoris, et Guillermo de Cruce, Gebennen. di., ac mag. Aimoni de Jovenzano, Augusten. can. eccl. (*A*. 26, f. 228 ᵃ; *V*. 82, ep. 252.)

Ut s. T. XII, XIV.

26713. — *Arnaldo Squerdi* collatio canon. sub exsp. præb., ac dign., vel personatus, seu off. aut præposituræ sive mensatæ c. c. vel s. c. et capellaninorum seu præstimoniorum eccl. Elnensis; paroch. autem eccl. b. Eulaliæ Majoricen. dimittere tenetur. — I. e. m. ep.o Majoricensi, et de Rivopullo ac s. Petri de Bisulduno, Vicen. et Gerundensis di., monast. abbatibus. (*A*. 26, f. 355 ᵇ et 362 ᵃ, 361 ᵃ; *V*. 82, ep. 522.)

Datum *Avenione*.

8 (viii id.) oct. 1326.
T. XI, XIII

26714. — *Frederico de Marisvilla*, presb. Treverensis di., gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 80 vel 40 l. t. s. c.), ad ep.i Vaurensis dispositionem pertinentis; non obst. capellania castri de Castronovo, Caturcen. di. — I. e. m. præp. et archid. Mirapiscen., ac Petro de Toffalhiis, can. Agennensis ecclesiarum. (*A*. 26, f. 428 [a]; *V*. 82, ep. 663.)

Ut s.
T. XI, XIII.

26715. — *Galhardo Saumate* gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (60 l. t.) in civit. vel di. Carcassonen., pertin. ad collat. ep.i Carcassonensis; non obst. canon. sub exsp. præb. eccl. Mimatensis. — I. e. m. abbati monasterii Montisolivi, Carcassonen. di., et mag. Jesselino de Cassanhis, u. j. professori, Biterren., Papæ cap., ac Adhiberto de Manso, Carcassonen. can. eccl. (*A*. 26, f. 512 [b]; *V*. 82, ep. 852.)

Ut s.
T. XX.

26716. — *Guillermus Mercatoris*, cler. Caturcen. di., habilitatur super eo quod, minor xxiv annis existens, paroch. eccl. s. Amandi, Lemovicen. di., vigore gratiæ exsp. benef. ad collat. vel præsentationem capit. eccl. Ahenten., moxdictæ di., pertin. assecutus fuit et eam per vi annos $^1/_2$ tenuit, dummodo fructus unius anni contra hæreticos Lombardiæ convertendos Cameræ apost. restituat. (*A*. 27, f. 405 [a]; *V*. 84, ep. 2166.)

9 (vii id.) oct. 1326.
T. X, XII.

28500. — *Laurentio Labayque, cler. Tutellen.*, conc. simile off. (*A*. 26, f. 157 [b]; *V*. 82, ep. 1012.)

Datum *Avenione*.

23 apr. 1327. (IX kal. maii.) T. XVI.

28501. — *Francisco Pugeti, cler. Grassen.*, conc. simile off. (*A*. 26, f. 157 b; *V*. 82, ep. 1013.)

Ut s. T. XXIV.

28502. — *Raimundo ep.o Colimbriensi* indult. ut confessor ipsi semel tantum in mortis articulo plenam suorum peccatorum remissionem concedere possit. (*A*. 27, f. 228 b; *V*. 83, ep. 1562.)

Ut s. T. XVI.

28503. — *Eidem* facultas condendi testamentum ære alieno deducto. (*A*. 27, f. 195 b; *V*. 83, ep. 1605.)

Ut s. T. XVIII.

28504. — *Eidem* relaxatur juramentum Apostolorum limina visitandi singulis trienniis. (*A*. 27, f. 200 b; *V*. 83, ep. 1606.)

Ut s. T. XI, XIII.

28505. — *Gualhardo Ebrardi* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Colimbrien. — I. e. m. ep.o Convenarum, et s. Justæ ac s. Salvatoris Colimbrien. sæcul. eccl. prioribus. (*A*. 27, f. 237 b; *V*. 83, ep. 1608.)

Ut s.

28506. — *Eidem* collat. perp. et præbendalis portionis eccl. de Averro, Colimbrien. di., vac. per obitum Aimerici Ebrardi apud S. A. defuncti. — I. e. m. ep.o Caturcensi, et archid. de Penella, ac Vincentio Alphonsi, can. eccl. Colimbriensis. (*V*. 83, ep. 1609.)

Ut s.

28507. — *Sancio Petri, cler. Cæsaraugustan. di.*, gratia exsp. benef. c. c. (vel s. c. 50 l. t.) etiamsi illud vulgariter nuncupatum media portio seu media canonica et in eccl. Colimbrien. existat, ad collat. capit. dictæ eccl.; non obst. portione modici valoris in eccl. s. Joannis de Almedina Colimbrien. — I. e. m. ep.o Caturcen., et s. Justæ ac s. Salvatoris Colimbrien. sæcularium eccl. prioribus. (*V*. 83, ep. 1658.)

Ut s. T. XL.

28508. — *Ulixbonen., Elboren. et Civitaten. ep.i* dantur ut judices conservatores ad quinquennium Raimundo ep.o Colimbriensi. (*A*. 26, f. 190 b; *V*. 83, ep. 1659.)

Ut s.

28509. — *Gaucelino ss. Marcellini et Petri presb. card.* facultas recipiendi a mag. Gasberto de Salvitate resignat. canon., præb. et sacristiæ sæcul. eccl. s. Aviti Senioris, Sarlaten. di. (*V*. 83, ep. 1671.)

Ut s. T. XXV.

28510. — *N. v. Henrico, dn.o de Rapoltzstein, et n. m. Adeliri de Geroltzech*, Basilien. di., dispens. super IV° consanguin. gradu in matrim. 5 annis abhinc contracto inter ipsos. (*A*. 27, f. 248 b; *V*. 83, ep. 1730.)

Ut s. T. XI, XIII.

28511. — *Gotzoni de Salgendal* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Monasterii de Andelahe, O. S. B., Argentinen. di., in qua canonici sæcul. existunt; non obst. canon. et præb. in eccl. Argentinen. — I. e. m. Novillaris et Mauri Monasterii, Argentinen. di., monasteriorum abbatibus, ac thesaur. eccl. Lausanen. (*A*. 27, f. 256 a; *V*. 83, ep. 1738.)

Ut s. T. XI, XIII.

28512. — *Guillermo de Moraria, presb. Vicen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) — I. e. m. præp. Minorissen., Vicen. di., et Bernardo de Minorisa, Vicen., ac Bernardo Lulli, Barchinonen. can. eccl. (*A*. 27, f. 279 a; *V*. 83, ep. 1793.)

Ut s. T. X, XII.

28513. — *Sobelino Symonis, cler. Meten. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) ad abb. et conv. monast. Gorgien., O. S. B., ejusd. di., dispositionem pertin. — I. e. m. ep.o Metensi, et abbati monast. s. Clementis extra muros Meten., ac thesaur. eccl. Lausanen. (*A*. 27, f. 298 b; *V*. 83, ep. 1825.)

Ut s. T. XI, XIII.

28514. — *Mathæo Rogerii, cler. Mirapiscen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Mirapiscen. — I. e. m. abb. monast. Fuxen., Appamiarum di., et Petro Rogerii de Pinnellis atque Hugoni de Lito, can. Mirapiscen. eccl. (*A*. 27, f. 304 a; *V*. 83, ep. 1829.)

[illegible]

21 apr. 1327
(xi kal. maii.)
T. XIII, XVI.

28515. — *Bernardo de Cozou* collat. prioratus de Bonoloco, O. S. B., Caturcensis di., monasterio Carrofen., dicti ord., Pictaven. di., immediate subjecti et per obitum quondam Heliæ apud S. A. vacantis; Bernardus vero per alias litteras habilitatus fuerat super eo quod dictum prioratum ex collat. abbatis prædicti monast. receperat. — In e. m. de Sancto Amando et de Terrassonio, Sarlaten. di., monasteriorum abbatibus, ac præp. eccl. Regensis. (*A*. 28, f. 54 [b]; *V*. 84, ep. 2422.)

24 apr. 1327
(viii kal. maii.)
T. L, LII.

28516. — *Petro, archiep.o Cæsaraugustan.*, indult. ut ecclesias et monasteria suarum civit., di. et provinciæ possit usque ad annum per alium visitare, etiam ante visitationem eccl. Cæsaraugustanæ. — I. e. m. Mimaten. et Sistaricen. præpositis, ac præcentori Antisiodoren. eccl. (*A*. [1] 27, f. 165 [b]; *V*. 83, ep. 1462.)

Ut s.
T. XXX.

28517. — Revocantur ad S. A. examen omnes causæ et quæstiones vertentes inter *archiep.um Narbonen.*, ex una, et *ep.um Carcassonen.*, ex altera parte, super jurisdictione spirituali quam in villa de Crassa ejusque territorio quilibet eorum habere prætendit, cum inde scandala, percussiones et vulnera subsecuta fuerint et insuper grave periculum pro temporali jurisdictione in ead. villa spectante ad abbatem monast. Crassen., ad R. E. nullo medio pertin., O. S. B., Carcassonen. di., prædicta jurisdictione spirituali ad manum Pontificis totaliter remanente, donec per eum super iis aliud fuerit ordinatum. (*A*. 27, f. 180 [a]; *V*. 83, ep. 1465.)

Ut s.
T. XL.

28518. — *Archiep.o Compostellan.* mand. quatenus instante Alfonso rege Castellæ et Legionis, cum Aria Fernandi, laico, et Leonora Garciæ, muliere vidua relicta Didaci Lupi, Lucen. di., dispenset ut in matrim. inter eos ivº consanguin. gradu conjunctos scienter contracto remanere valeant, prævia absolutione ab excom. sententia propterea incursa. (*A*. 27, f. 283 [a]; *V*. 83, ep. 1750.)

Ut s.
T. XXX.

28519. — *Priori Prædicatorum et guardiano Minorum fratrum ord. de Montepessulano, Magalonen. di.*, mand. ut, ad monast. S. M. de Rippa, per priorissam soliti gub., O. S. A., dictæ di., se personaliter conferentes, inquirant et referant an vera sint quæ Richarda de Monteacuto, priorissa, Messegna de Ruggia et Gaucelina Bremundæ, moniales ejusd. monast., in concistorio coram Papa proposuerunt, scilicet quod Berengarius, prior prioratus de Fabricis, ord. et di. prædictorum, qui se gerebat et gerit pro visitatore monast. prælibati, ad monast. ipsum accesserat et Hermessandam, tunc virginem ac ejusd. monast. priorissam, proditionaliter defloraverat invitam, prolemque susceperat ex eadem, quod similiter cognoverat carnaliter Joannam Delueruc, ejusd. monast. monialem, quod bona ejusd. monast. dilapidaverat aliaque facinora contra moniales et conv. ipsius monast. perpetraverat. (*A*. 27, f. 287 [a]; *V*. 83, ep. 1767.)

Ut s.
T. XXX.

28520. — *Ep.o Legionen.* mand. quatenus cum Fernando Gundissalvi, laico, et Sancia Sanciæ, nata quond. Alvari Nunionis dicti Osorio, muliere Legionen. di., super ivº consanguin. gradu dispenset, ut in matrim. inter eos scienter contracto licite remanere valeant, prævia absolutione ab excom. sententia propterea incursa, instante Alfonso rege Castellæ et Legionis. (*A*. 27, f. 266 [a]; *V*. 83, ep. 1778.)

Ut s. [2]
T. XL, XIII.

28521. — *Lyboni, nato n. v. Joannis d.ni de Kyrnech*, collatio canon. sub exsp. preb. eccl. S. Petri Argentinen. — In e. m. de Novillari et Maurimonasterii Argentinen. di. monast. abbatibus, ac thesaur. eccl. Lausanen. (*A*. 27, f. 298 [a]; *V*. 83, ep. 1811.)

(1) In margine registri Avinionensis legitur: « *[illegible]* domini vicecancellarii. »

(2) Reg. Vat. [illegible] kalendas maii.

Datum *Avenione.*

24 apr. 1327. (VII kal. maii.) T. LX.

28522. — *Petro, abb. monast. Cluniac., Matisconen. di.*, facul. mutuum contrahendi usque ad summam 6.000 floren. auri pro negotiis ap. S. A. expediendis, dummodo dictum monast. ultra quinquennium non remaneat obligatum. (*A*. 27, f. 340 b; *V*. 83, ep. 1888.)

25 apr. 1327. (VII kal. maii.) T. XXIV.

28523. — *Ep.o Wratislavien.* mand. ut dign. vel personatum eccl. s. Crucis Wratislavien., ad n. v. Henrici, ducis Wratislavien., præsentationem pertin., conferat Ottoni de Donyn, dictæ eccl. can. et ejusd. ducis cap., qui præb. ejusd. eccl. ac paroch. eccl. in Groth, Pragen. di., dimittere tenetur. (*A*. 27, f. 226 b; *V*. 83, ep. 1584.)

26 apr. 1327. (VI kal. maii.) T. L, LII.

28524. — *Petro archiep.o Cæsaraugustan.* indult. ut usque ad alium annum, a fine alterius anni ipsi nudiustertius concessi computandum, ecclesias et monasteria suarum civitatis, di. et provinciæ per alium visitare valeat. — I. e. m. Mimaten. et Sistaricen. præpositis, ac præcent. Antisiodoren. eccl. (*A*. [1] 27, f. 174 a; *V*. 83, ep. 1463.)

Ut s. Gr. pro socio.

28525. — *Mag. Nicolao Bruno de Vico, Papæ scriptoris*, non habenti redditus qui 3 flor. auri excedant, facultas testandi. (*A*. 27, f. 175 b; *V*. 83, ep. 1479.)

Ut s. T. XX.

28526. — *Joanni s. Theodori diac. card., A. S. legato*, committitur causa vertens inter Joannem de Vallatis, civem romanum, jurisperitum, ex una parte, et mag. Pandulphum de Sabello, PP. not., administratorem in spiritualibus et temporalibus episcopatus et eccl. Ostien., a PP. deputatum, ac capit. ejusd. eccl., ex altera parte, super quadam possessione quæ vocatur Turris de Mari ac quodam casali aliisque bonis quibus fruiti olim quidam cives romani dicti de Bonazanis, quæque a dicto Joanne empta ac sita sunt in districtu Romano juxta confinia civit. Ostiensis. (*A*. 27, f. 213 a; *V*. 83, ep. 1531.)

Ut s. T. XII, XIV.

28527. — *Ferrario Columbi, can. Ilerden.*, indultum ut Alfonsi, primogeniti Jacobi regis Aragonum, cujus consiliarius et famil. existit, servitiis insistendo, fructus præb. suæ absque residentia percipere valeat. — I. e. m. Populeti Terraconen. et Belli Podii, Urgellen. di., monast. abbatibus, et Michaeli Riccomanni, can. Valentin. (*A*. 27, f. 214 b; *V*. 83, ep. 1547.)

Ut s. T. XI, XIII.

28528. — *Petro Valerii, cler. Cæsaraugustan. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. ad archiep.i Cæsaraugustan. dispositionem pertin.; non obst. portione s. Martini de Turolio, ejusd. di.; perp. vero vicariam paroch. eccl. S. M. de Turolio, dictæ di., dimittere tenetur. — In e. m. archid. Turolen. Cæsaraugustan., et Benedicto de Puteo, ejusd., ac Bernardo Lulli, Barchinonen. canonicis eccl. (*A*. 27, f. 215 b; *V*. 83, ep. 1558.)

Ut s. Gr. pro socio.

28529. — *Francisco Gratiæ, archipr. Perusin., et Busolo de Parma, Tornacen., PP. cap., ac Lamberto Celli de Marsciano, Tudertin. canonicis eccl.*, mand. pro collat. plebanatus plebis s. Leonardi de Montichiello, Clusin. di., per obit. Vannis Covi ap. S. A. prævia generali reserv. vac., mag. Thomæ de Perusio, Papæ scriptori, rectori s. Angeli de Plano Vichiani et s. Proveti de Aflore, Perusinæ di., ecclesiarum s. c. (18 flor. auri), ac in s. Pauli Leodien. et Leodien. eccl. canonico sub exsp. præb.; gratia exsp. præb. in ultima Leodien. eccl. cassata sit. (*A*. 27, f. 228 a; *V*. 83, ep. 1601.)

Ut s.

28530. — *Nicolao de Freauvilla, can. præben. eccl. s. Marcelli juxta Parisius*, prov. canon. eccl. s. Aniani Aurelianen. sub exsp. præb. integræ non sacerdotalis; consid. Caroli R. F. et N. — I. e. m. s. Genovefæ Parisien., et s. Evurtii Aurelianen. monast. abbatibus, ac archid. Belciæ in eccl. Aurelianensi. (*V*. 83, ep. 1602.)

1. In margine regestri Avinionensis scribitur : « *Attende quod missa fuit de camera sine signo domini vicecancellarii.* »

28531. — *Archiep.o Ebredunen., et præceptori Uticen., atque Hugoni de Mandagoto, can. Aquensis eccl.*, mand. pro receptione Gaucelini de Mandagoto, cler. Uticen. di., in can. eccl. Nemausen., O. S. A. (*A*. 27, f. 294 [b]; *V*. 83, ep. 1824.)

28532. — *Petro Martini de Valleoleti* collat. canon. sub exsp. præb. cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus eccl. Astoricen., consid. Alfonsi regis Castellæ et Legionis cujus cler. existit; non obst. in Palentin. canon. et præb., ac in Ispalensi eccl. dimidia portione et in Bracharen. et Civitatensi di. duobus præstimoniis. — I. e. m. ep.o Civitatensi, et abb. sæcul. de Caveisrubeis, Burgen. di., ac Dominico Martini de Finoral, can. Abulen. eccl. (*A*. 27, f. 428 [a]; *V*. 84, ep. 2219.)

28533. — *Joanni electo Mindonien.* facul. recipiendi munus consecrationis a quocumque maluerit antistite, præstito E. R. solito fidelitatis juramento. (*A*. 27, f. 184 [b]; *V*. 83, ep. 1487.)

28534. — *Mag. Guillelmo de Sancto Victore, PP. cap.*, in archipr. colleg. eccl. s. Germani de s. Germano, Cassinen. di., c. c. per obit. mag. Joannis de Presentiano vac., a capit. ejusd. eccl. electo, sed qui omni juri ex ea electione acquisito in manibus Petri ep.i Prænestin. renuntiavit, confertur dictus archipresb., cum dispens. ut una cum eo præposituram eccl. s. Petri de Foresta, Aquinaten. di., atque alia quæcumque beneficia retinere valeat. — I. e. m. archiep.o Neapolitano, et ep.o Cassinen., atque abb. monast. s. Herasmi de Castellione, Gaietan. di. (*A*. 27, f. 220[a]; *V*. 83, ep. 1576.)

28535. — *Petro nato Joannis de Companso* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Gaugerici Cameracensis; non obst. in eccl. s. Mederici de Lynais, Parisien. di., canon. et præb. — I. e. m. priori s. Eligii Parisien., et decano Parisien., ac archid. Danwers Cameracen. eccl. (*A*. 27, f. 229 [a]; *V*. 83, ep. 1587.)

28536. — *Archiep.o Colonien., et ep.o Lubicen., ac præp. eccl. Bunnen., Colonien. di.*, mand. motu proprio ut Heidenrico de Essende, cler. Colonien. di., conferant præposituram eccl. s. Severini Colonien. quam ipse pro suæ tantummodo conscientiæ serenatione in manibus Papæ resignavit, licet in ea non jus alteri acquisitum, nec ipsi litigium super ea motum esset. (*V*. 83, ep. 1688.)

28537. — *Officiali Tolosano* mand. ut Bartholomæo Garaudi de Boseriis, cler. Tolosano, conferat tabellionatus off. (*A*. 26, f. 157 [b]; *V*. 82, ep. 1010.)

28538. — *Francisco electo Sarsinaten.* facultas recipiendi consecrat. ab archiep.o Ravennaten., ipsius metropolitano. (*A*. 27, f. 199 [a]; *V*. 83, ep. 1510.)

28539. — *Francisco nato Jacobi de Vergeyo*, collatio canon. sub exsp. præb. eccl. Montisregalis Eduen. consid. Joannæ R. F. — In e. m. majoris, et s. Thomæ de Forverio ac s. Nicerii Lugdun. eccl. sacristis. (*A*. 27, f. 206 [a]; *V*. 83, ep. 1544.)

28540. — *Capitulo eccl. Conseranen.* facul. augmentandi numerum 12 clericorum in Conseranen. et s. Licerii Conseranen. eccl., quæ unum corpus faciunt, institutorum de aliis 12, ac de quotidianis distributionibus ordinandi. (*A*. 27, f. 222 [a]; *V*. 83, ep. 1575.)

28541. — *Ad perp. rei memoriam.* Confirmatur ordinatio ab Arnaldo ep.o Conseranen. facta super divisione præbendarum eccl. Conseranensis. (*A*. 27, f. 222 [b]; *V*. 83, ep. 1574.)

28542. — *[illegible] de Vimes* gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 50 vel s. c. 30 l. t.) ad abb. et conv. monast. Trenorchien., O. S. B., Cabilonen. di., dispositionem pertinentis. — In e. m. ut s., n. 28539. (*A*. 27, f. 238 [a]; *V*. 83, ep. 1617.)

(1) [illegible]

Datum *Avenione*.

28 apr. 1327 (IV kal. maii.)

28543. — *Americo archiep.o Ravennatensi, provinciæ Romandiolæ rectori*, mand. ut n. v. Malatestæ, nato quond. comitis Tadhei de Petra Rubea, s. Leonis di., olim fautori quond. Frederici de Monteferetro, hæretici, qui ad obedientiam R. E. reversus est, restitui faciat bona infra terminos dictæ provinciæ consistentia quæ ab aliquibus indebite occupata fuerunt. (*V*. 83, ep. 1632.)

Ut s.

28544. — *Amelio, electo Castrensi, Marchiæ Anconitanæ rectori*, mand. simile (*V*. 83, ep. 1633; Theiner, *Codex diplomaticus*, t. I, p. 543, doc. DCCXX.)

Ut s.

28545. — *Gaucelino ss. Marcellini et Petri presb. card.* facul. conferendi alicui pers. idoneæ canon., præb. et sacristiam sæcul. eccl. s. Aviti Senioris, Sarlatensis di., quorum resignationem ipse IV kal. mai a mag. Gasberto de Salvitate recepit. (*V*. 83, ep. 1672.)

Ut s. T. XX.

28546. — *Carolo R. F. et N.* hortatoria ut præcipiat officialibus suis senescalliæ Bellicadri ne de cætero ab Andrea, ep.o Magalonensi, ratione comitatuum Melgori et Montisferrandi, Magalonen. di., quos ecclesia Magalonen. sub certo censu annuo a R. E. ab hactenus tenuit et tenet in feudum, necnon a vassallis et hominibus comitatuum eorumd. exigant ut ad regios vadant exercitus sive armatos mittant, cum guerras contigerit emergere, et specialiter pro guerra Vasconiæ, nam ad id minime tenentur. (*A*. 257, f. 83 b; *V*. 83, ep. 1678.)

29 apr. 1327. (III kal. maii.) T. XI, XIII.

28547. — *Roberto, nato Jacobi de Flore, mil., cler. Surrentin. di.*, gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., etiamsi dign., personatus aut off. existat, in civit. vel di. Regin., pertin. ad collat. archiep.i Regin. — I. e. m. ep.o Paduano, et archid. Tropien., ac cantori Marturanen. eccl. (*A*. 27, f. 230 b; *V*. 83, ep. 1579.)

Ut s. T. X, XII.

28548. — *Philippo Minutuli de Neapoli* collatio canon. eccl. Neapolitanæ in qua certus can. numerus et præb. distinctio non habentur; non obst. in Capuana et Baren. eccl. canon., necnon S. M. de Pullan., s. Viti et s. Agathæ Neapolitan. civit. et di. eccl. — I. e. m. ep.o Paduano, et abbati monast. s. Severini Neapolitan., ac Henrico de Anciniano, can. Capuan. eccl. (*A*. 27, f. 229 a; *V*. 83, ep. 1581.)

Ut s. T. X, XII.

28549. — *Ludovico Thomæ Scannasoriti de Neapoli* collatio canon. eccl. Nolan. in qua certus can. numerus et præb. distinctio non habentur. — I. e. m. ep.o Paduano, et Petro Capiti dicto Latroni, Neapolitan., ac Henrico de Anciniano, Capuan. can. eccl. (*A*. 76, f. 534 b; *V*. 83, ep. 1650.)

Ut s.

28550. — *Petro Gundisalvi* conferuntur canon., præb. et præstimonia eccl. Burgen. per consecrat. Gundisalvi el. Salamantin. in brevi vacatura; non obst. quod in Placentina eccl. canon. et præb., et in Placentin. ac Oxonien. di. quasdam præstimoniales portiones obtineat. — I. e. m. ep.o Civitaten., et priori Vallisoleti, Palentin. di., ac archid. de Xeres in eccl. Ispalensi. (*V*. 83, ep. 1666.)

Ut s.

28551. — *Petro Martini, abbati sæcul. eccl. de Caveisrubeis, Burgen. di.*, indult. percipiendi fructus omnium benef. suorum ad triennium, Alfonsi regis Castellæ negotiis vel studio litt. in loco ubi illud vigeat generale insistendo. — I. e. m. ut s. (*V*. 83, ep. 1668.)

Ut s.

28552. — *Fernando Joannis de Campo* prov. canon. eccl. Tudensis sub exsp. præb. cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus; non obst. quod in Lucen. archidiac. de Larria et portionem, et in Compostellanen. eccl. canon. ac præb., atque in Compostellanen. di. quædam præstimonia et præstimoniales portiones s. c. obtineat. — I. e. m. mag. Ambrosio de Lamayrola, Mediolanen., et Aymerico de Antejaco ac Ferrando Pelagii, Compostellanen. eccl. canon. (*V*. 83, ep. 1676.)

Ut s.

28553. — *Petro Sanctorum* collatio canon. et præb. eccl. Auriensis vac. per consecrat. Roderici ep.i Lucensis; non obst. quibusdam simplicibus perp. benef. in di.

Datum Avenione.

Compostellana — I. e. m. archid. Abulen., et Petro Fernandi dicto Cardinali et Fernando Petri Godino, canonicis Compostellan. eccl. (*V*. 83, ep. 1677.)

29 apr. 1327. (iii kal. maii.)

28554. — *Joanni Garsiæ* prov. canon. eccl. Zamorensis sub exsp. præb. cum præstimoniis; non obst. quod canon. et præb. in Giennen., et in Oxomen. ac in Giennen. di. quasdam præstimoniales portiones obtineat. — I. e. m. ut s., n. **28550.** (*V*. 83, ep. 1710.)

Ut s.

28555. — *Fernando Valasci, archid. Abulen., et Fernando Pelagii ac Fernando Martini Serpæ, can. Compostellan. eccl.*, mand. pro receptione Fernandi Joannis, presb. Lucen. di., in monast. s. Pellagii de Antealtaria Compostellan., O. S. B. (*V*. 83, ep. 1714.)

Ut s. T. XI, XIII.

28556. — *Alphonso Martini* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Compostellan.; non obst. canon. et præb., atque archidiac. de Azumara in Mindonien., et in s. Christofori de Corzon et s. Juliani de Arouza et s. Felicis de Caverta, S. M. de Bajona ac s. Eulaliæ de Vilevano parochialibus eccl., Compostellanen., Tuden. et Lucen. di., quibusdam perp. beneficiis ecclesiast. — I. e. m. archid. de Minhor Tuden., et Ambrosio de Lamayrola, Mediolanen., ac Garsiæ Prego, Tuden. eccl. canonicis. (*A*. 27, f. 333 [b]; *V*. 83, ep. 1904.)

30 apr. 1327. (ii kal. maii.) T. XI, XIII.

28557. — *Petro de Croso, can. eccl. s. Georgii de s. Pauliano Anicien. di.*, gratia exsp. paroch. eccl. B. M. de Trivio (40 l. t.), Nemausen. di., per resignat. a Gervasio Regis causa permutationis cum paroch. eccl. B. M. de Sardonicis (45 l. t.), ejusd. di., factam ap. S. A. — I. e. m. archiep.o Ebredunen. et archid. de Saladiana Legionen., ac Bernardo de Camiassio, can. Albien. eccl. (*A*. 27, f. 205 [b]; *V*. 83, ep. 1529.)

Ut s. T. XXIV.

28558. — *Abb. monast. Tuicien., Colonien. di., et decano ac scolast. eccl. Morinen.* mand. pro informatione super valore censuum et aliorum bonorum ad abbatem et conv. monast. s. Bertini, O. S. B., necnon decanum et capit. eccl. de s. Audomaro S. A. immediate subjectæ, Morinen. di., in Vrechene et Caselle villis seu locis, Colonien. di., spect. et per ipsos conv. et capit. permutandorum. (*A*. 27, f. **225**[a]; *V*. 83, ep. 1573; Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. II, p. 122, n. 1954.)

Ut s.

28559. — *Jacobo de Narbona, cler. s. Pontii Thomeriarum di.*, gratia exsp. benef. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. s. Pontii Thomeriarum, pertin. ad collat. ep.i s. Pontii Thomeriarum. — I. e. m. archid. Benascen. Ilerden., et præcentori Autisiodoren., ac Martino de Chalanconio, can. Vivariensis eccl. (*V*. 83, ep. **1618**.)

Ut s.

28560. — *Guidoni, nato Nicolai de Zuncafetis, civis Mutinensis, presb. Mutinen.*, gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. in eccl. s. Leonardi Tervisin. — I. e. m. ep.o Paduano et abbati monasterii s. Eustachii de Nervisia, Tervisin. di., ac Joanni Bono de Matarellis, can. Ravennaten. eccl. (*V*. 83, ep. 1620.)

Ut s. T. XXXVI.

28561. — *Mag. Bernardo de s. Mauritio, I. D., præcentori eccl. Antisiodoren.*, facul. recipiendi resignat. canon. et præb. Tutelan., ac perp. portionis de Arevalo eccl. Tirasonen. et Oxomen. di., a Dominico Martini faciendam, eademque canon., præb., et portionem conferendi personæ ipsi Bernardo benevisæ. (*A*. 27, f. 260 [a]; *V*. 83, ep. 1734.)

Ut s. T. XI, XIII.

28562. — *Francisco, nato Vionis quond. Grassi de Bersatoribus de Pinayrolio*, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Augusten. — I. e. m. s. Solutoris (*sic*) majoris Taurinen. et S. M. de Pinayrolio monasteriorum abbatibus, ac præp. eccl. s. Donati di. [illegible] loci de Pinayrolio, Taurinen. di. (*A*. 27, f. 277 [a]; *V*. 83, ep. 1785.)

Ut s. T. XI, XIII

28563. — *Jacobo Cutiche* collat. canon. sub exsp. præb., ac dign., vel personatus seu off. c. c. vel s. c. eccl. Mediolanen.; non obst. canon. et præb. in eccl. s. Stephani in Brolio Mediolanen. — I. e. m. s. Vincentii et s. Simpliciani infra burgos Mediolanen. monast. abbatibus, ac Busolo de Parma, can. Tornacen., PP. cap. (*A*. 27, f. 349 [b]; *V*. 83, ep. 1921.)

Datum *Avenione*.

30 apr. 1327. (II kal. maii.) T. XI, XIII.

28564. — *Joanni, nato Thomarii quond. Thebaldi de Capitaneis*, collatio canon. sub exsp. præb. eccl. s. Petri de Scalve, Pergamen. di. — I. e. m. abbati monast. de Astino prope Pergamum, et mag. Petro de Verulis, Cracovien., ac Joanni de Asonica, Pergamen. canonicis. (*A*. 27, f. 462 ª; *V*. 84, ep. 2289.)

Ut s. T. XI, XIII.

28565. — *Petro de Sancto Mauritio, cler. Caturcen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t.) in civit. vel di. Agennen. — In e. m. abbati monast. s. Marcelli Caturcen., et priori de Guartigia, Agennen. di., ac præcentori eccl. Autisiodorensis. (*A*. 28, f. 9 ª; *V*. 84, ep. 2335.)

Ut s. T. XXX.

28566. — *Willermo ep.o Norwicensi* facultas uniendi paroch. eccl. de Tadyngton cum capella de Brundish ab ea dependente, Norwicensis di., mensæ episcopali Roffensi, cum ep.us Roffensis, qui in dicta eccl. jus habet patronatus, paratus sit recompensationem dare competentem pro primis fructibus in singulis vacantibus ejusdem eccl., ab ep.is Norwicen. percipi consuetis. (*A*. 28, f. 110 ª; *V*. 84, ep. 2539.)

Ut s. T. XI, XIII.

28567. — *Benedicto de Prandolio* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Brixiensis, non obst. in eccl. s. Zenonis de Contengnaga, Brixien. di., clericatu seu simplici benef. — In e. m. s. Euphemiæ prope Brixiam et s. Petri in Monte, Brixien. di., monasteriorum abbatibus, ac præp. eccl. s. Joannis de Foris Brixien. (*A*. 28, f. 351 ª; *V*. 84, ep. 3003.)

1 (kal.) *maii 1327.*

28568. — *Rogero de Mundham*, cler. Cicestren. di., conc. tabellionatus off. (*A*. 26, f. 158 ª; *V*. 82, ep. 1015.)

Ut s. T. XXIV.

28569. — *Ep.o Lincolnien.* facul. concedendi tabellionatus off. II pers. a n. v. Henrico Lancastriæ et Leycestriæ comite nominandis. (*A*. 26, f. 159 ᵇ; *A*. 29 [1], f. 132 ᵇ; *V*. 82, ep. 1026.)

Ut s. T. XXX.

28570. — *Willelmo, comiti de Ulconia in Hibernia*, dispens. super IIIº et IVº consanguin. gradibus in matrim. ad confirmandam pacem inter Anglicos et Hibernos contrahendo ab eo cum aliqua n. m. e regno Angliæ. (*A*. 27, f. 214 ᵇ; *V*. 83, ep. 1537; Theiner, *Monumenta historica Hibernorum*, p. 236, doc. CCCCLXVII.)

Ut s. T. XXIV.

28571. — *N. v. Joanni Barilis*, mil. Neapolitan., indult. ut confessor ipsi semel tantum in mortis articulo plenam suorum peccatorum remissionem concedere possit. (*A*. 27, f. 231 ª; *V*. 83, ep. 1580.)

Ut s. T. XI, XIII.

28572. — *Jacobo, nato n. v. Manni de Aleis*, cler. Florentin., gratia exsp. benef. c. c. vel s. c., etiamsi dign., vel personatus aut off. existat in civit. vel di. Pistorien., pertin. ad collat. ep.i Pistoriensis. — I. e. m. ep.o Paduano, et abbati monast. S. M. de Fabroro discalciatorum masculorum, Florentin. di., ac priori s. Michaelis Berteldi Florentin. (*A*. 27, f. 231 ª; *V*. 83, ep. 1582.)

Ut s. T. XI, XIII.

28573. — *Henrico, nato quond. Walheri dicti Hochslitz, militis, can. Augusten.*, gratia exsp. dign., vel personatus seu off. c. c. vel s. c. — I. e. m. archiep.o Ebredunen., et abbati monast. in Elchingen., ac præp. eccl. in Scnocgarten., Constantien. di. (*A*. 27, f. 234 ª; *V*. 83, ep. 1583.)

Ut s. T. XX, XVII.

28574. — *Petro Beraldi, archid. de Montepensato in eccl. Caturcen.*, indult. ut insistendo scolast. disciplinis in loco ubi studium vigeat generale vel in aliquo beneficiorum suorum residendo aut in romana curia immorando, fructus eorumd. beneficiorum absque residentia ad triennium percipere valeat, consid. Gaucelini ss. Marcellini et Petri presb. card. — I. e. m. Melden. et de Tornesio Caturcen. archid.is, ac Raymundo de Columberio, can. Autisiodoren. eccl. (*A*. 27, f. 235 ª; *V*. 83, ep. 1592.)

1. In margine regestri legitur : « *Attende quod est de anno* XIº *et est scripta in quaterno tabellionum anni undecimi.* »

Datum Avenione.

... anno 1327. **28575.** — *Edmundo nato Willelmi Trussel* prov. canon. eccl. Londoniensis sub exsp. præb. et dign. c. c. vel s. c.; cum obligatione dimittendi paroch. eccl. de Chesterton, Lincolnien. di. — I. e. m. ep.o Lincolniensi, et abb. monast. de Comba, ac priori de Kenilworth, Conventren. di. (*V.* 83, ep. 1626.)

Ut s. **28576.** — *Philippo de Castello*, domicello Cameracen. di., indult. habendi altare portatile. (*V.* 83, ep. 1627.)

Ut s. **28577.** — *Edmundo Trussel, domicello, et Mariorie ejus uxori, Lincolnien. di.*, indultum simile. (*V.* 83, ep. 1628.)

Ut s. — L. XXIV. **28578.** — *Archiep.o Consan., et ep.o Gravinen., ac Nicolao Passaro, de Baro, can. Cannen.*, mand. ut Guillelmo Bertrandi conferant canon., præb. et cantoriam eccl. Venusin. vac. per obitum Joannis Aldi de Aquila; non obst. quod in Acherontin. et Castellaneten. eccl. canon., ac s. Joannis extra Castellanetum et s. Petri de Montecaveoso ecclesias (10 flor. auri), Castellaneten. et Acherontin. di., in benef. obtineat, quodque benef. ad collat. archiep.i Idrontin. expectet, aut quod in ætate (24 an.) defectum patiatur. (*A.* 257, f. 86 [a]; *V.* 83, ep. 1641.)

Ut s. **28579.** — *N. v. Henrico Lancastriæ et Leycestriæ comiti* indult. habendi altare portatile. (*V.* 83, ep. 1643.)

Ut s. **28580.** — *Eid.* indult. ut confessor vota ab ipso emissa in alia pietatis opera commutare valeat. (*V.* 83, ep. 1644.)

Ut s. — L. XXIV, XXVI. **28581.** — *Eidem* indultum ut IV clerici, ipsius familiares et continui commensales, fructus omnium benef. suorum absque residentia ad triennium percipere valeant, dummodo in cathedralibus majorem post episcopalem et in aliis eccl. principalem dignitatem non obtineant. — In e. m. Convenarum, de Kemlworch et Pontisstratæ eccl. prioribus, Convenarum et Eboracen. di. (*A.* 26, f. 389 [b]; *V.* 83, ep. 1645.)

Ut s. **28582.** — *Eidem* indult. eligendi confessorem qui pro commissis ipsi absolutionem impendat, nisi talia fuerint propter quæ S. A. sit merito consulenda. (*V.* 83, ep. 1646.)

Ut s. **28583.** — *Ep.o Fulginatensi, et priori sæcul. s. Silvestri de Mevania, Spoletan. di., ac archid. Forojulien. eccl.* mand. ut Nicolao nato quond. Rainaldi de Castro Litaldi, can. Spoletan., conferant paroch. eccl. s. Angeli de Apperimino, Nucerin. di., quam ipse vigore gratiæ exsp. benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Nucerin., ad collat. ep.i et capit. Nucerin. pertin., acceptavit, cum vacavisset per professionem a Guidone Philippi de Passano factam in O. F. P., sed nunquam possidere potuit quia Andreucius, ipsius Guidonis frater, dolose dictam eccl. cum Jacobo Bartholi Pauli pro eccl. s. Nicolai de Anniso, ejusd. di., permutavit; qui quidem Jacobus denuo eamd. eccl. s. Angeli de Ceccarello Angelucii, cler. Perusin., etiam interveniente labe simoniaca, dimisit. (*V.* 83, ep. 1679.)

Ut s. **28584.** — *Gasberto archiep.o Arelaten., Papæ camerario*, indult. ut V cler., ejus obsequiis insistentes, fructus benef. suorum integre percipiant ad triennium absque residentia. — I. e. m. ep.o Massilien., et Sistaricen. ac Mirapiscen. eccl. præpositis. (*V.* 83, ep. 1715.)

Ut s. — Gr. pro Deo. **28585.** — *Ad perp. rei memoriam.* Conc. abbatissæ et conv. monast. de Amiliano, ord. s. Claræ, Ruthenen. di., locum qui fuit hactenus fratrum quond. ord. de Sacco, dicti alias de pænitentia, in ead. villa situatum et a multis annis desertum, cujus dispositio et ordinatio juxta statuta Lugdunensis concilii ad S. A. pertinent; locum enim quem nunc obtinent, propter inundationem cujusdam fluvii, prope ipsum defluentis, eas necesse fuit deserere. (*A.* 27, f. 249 [b]; *V.* 83, ep. 1719. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 324, n. 663.)

Datum *Avenione*.

1 (kal.) *maii 1327*. T. XIV, XVI.

28586. — *Mag. Waltero de Burley, theol. doct.*, collat. canon. et præb. eccl. Cicestren. per promotionem Jacobi, PP. cap., ad episcopatum Exonien., ap. S. A. vac.; non obst. paroch. eccl. de Pightesley, Lincolnien. di., (20 lib. sterl.) — I. e. m. ep.o Herefordeu., et abb. monast. s. Augustini Cantuarien., ac decano eccl. Engolismen. (*A*. 27, f. 258 [a]; *V*. 83, ep. 1740.)

Ut s. T. XIV, XV.

28587. — *Mag. Nigello de Warere, theol. bacc.*, collat. canon. et præb. eccl. Meneven. ut supra vac.; non obst. exsp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. (20 march. sterl.) ad dispositionem abb. et conv. Leycestriæ, O. S. A., Lincolnien. di. — I. e. m. ep.o Lichefelden., et priori monast. s. Fridewidæ Oxoniæ, per priorem soliti gub., Lincolnien. di., ac decano eccl. Engolismen. (*A*. 27, f. 259 [a]; *V*. 83, ep. 1741.)

Ut s. T. XIV, XVI.

28588. — *Mag. Adæ de Burley, theol. doct.*, collat. canon. et præb. eccl. Wellen., ut supra vac.; non obst. paroch. eccl. de Aldyngton, Cantuarien. di. (30 l. sterl.) — I. e. m. ut s., n. 28586. (*A*. 27, f. 270 [a]; *V*. 83, ep. 1781.)

Ut s. T. XI, XIII.

28589. — *Raimundo, nato Jacobelli Roman*, prov. canon. eccl. Brundusin. sub exsp. præb. — I. e. m. ep.o Castellan., et abbati monast. s. Lupi Beneventan., ac Petro de Baro, can. Baren. (*A*. 27, f. 298 [a]; *V*. 83, ep. 1810.)

Ut s.

28590. — *De Salvigniaco, de Rivis ac de Longoponte prioribus, Claromonten. et Parisien. di.*, mand. ut compellant decanos decanatuum de Leuno in Sanguineterso Ambianen., de Nogento Rotrodi et de Guasicuria Carnoten., de Gaya Trecen., de Vergeyo Æduen., de Vendopera, de Mastereto et de Marmissa Lingonen., de Turribus super Maternam Remen., de Carennaco Caturcen., de Mayraco Agennen., de Rossennaco Petragoricen. et de s. Cosma Constantien. diœcesium subjectos monasterio Cluniacensi, Matisconen. di., ad solvendum abbati ejusdem monast. annuatim IV millia lib. in exoneratione debitorum, prouti per Bonifacium papam VIII ordinatum fuit. (*V*. 92, ep. 3300.)

2 (VI non.) *maii 1327*.

28591. — *Bertrando s. Marcelli presb. card.*, *A. S. legato*, mand. ut Vanni de Castellina, presb., asserenti se rectorem eccl. s. Martini de Cispiano, Senensis di., justitiam exhibeat super quadam sententia contra eum, utpote fautorem hæreticorum, lata a Guidone, ep.o Ferrarien., et Lamberto de Cingolo, O. F. P., inquisitore hæreticæ pravitatis in partibus Lombardiæ, ad delationem Lani Bernardi, domicelli, et Vannis Bardi de Squarcialupis, laicorum dictæ di., inimicorum capitalium presbyteri memorati, dicto presb. absente, cum in servitio Doninei, ep.i Senen., in civitate Senensi publice et notorie moraretur, et delationem ac inquisitionem contra se factas penitus ignorante. (*V*. 83, ep. 1578.)

Ut s.

28592. — *Baudoino Minagerii de Vangionisrivo* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Laurentii de Joinvilla, Catalaunen. di.; non obst. eccl. de Lisigniis, super qua in Romana curia litigat, Lingonen. di. — I. e. m. archid. de Virtuto Catalaunen., et Joanni de Saffris, Lingonen., ac Oliverio de Cerzeto, Papæ cap., Æduen. can. eccl. (*V*. 83, ep. 1683.)

Ut s.

28593. — *Geraldo de Calvacuria* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. s. Thimotei Remen.; non obst. simili provisione in eccl. s. Nutricis Remen. — I. e. m. abb. monast. s. Nichasii, et Joanni de Pennis, Remen., ac Oliverio de Cerzeto, Æduen. can. eccl. (*V*. 83, ep. 1691.)

Ut s.

28594. — *Decano, et Hugoni de Frolesio, Trecen., ac Galtero de Arsilleriis, Catalaunen. eccl. can.*, mand. ut Simoni de Prissiaco, mil. Trecen. di., conferant quamdam domum in villa de Prissiaco, dictæ di., (100 l. t.), a progenitoribus suis ad utilitatem monast. Bassifontis, Præmonstraten. ord., ejusd. di., bonis propriis fundatam et per

Datum Avenione

[illegible] gub. solitam. ipse enim de bonis suis secundum status sui decentiam non habet competentem, ut asserit, sustentationem. (*V.* 83, ep. 1692.)

2 VI non. maii 1327.

28595. — *Petro de Hunibauvilla, can. monast. s. Lupi, O. S. A., Trecen. di.*, gratia exsp. prioratus, vel off., seu administr. aut benef. c. c. vel s. c., ad collat. abb. et conv. ejusd. monasterii et per ipsius mon. soliti gub. — I. e. m. abb. monast. Arremanen., Trecen. di., et cantori Trecen., ac Widerico de Tulleyo, can. Tullen. eccl. (*V.* 83, ep. 1693.)

Ut s.

28596. — *S. Mansueti et s. Apri extra muros Tullen. monast. abb., ac archid. Tullen.* mand. pro receptione Joannis Ferrici de Vasseyo, cler. Catalaunen. di., in monast. s. Urbani, O. S. B., dictæ di. (*V.* 83, ep. 1694 A.)

Ut s.

28597. — *Bartholomæo de Tuderto, can. præben. eccl. Trecen.*, gratia exsp. benef. c. c. vel s. c. (50 flor. auri) in civit. vel di. Tudertin., pertin. ad collat. ep.i Tudertini. — I. e. m. abb. monast. S. M. in Panthanis, et priori s. Petri de Masia, Tudertin. di., ac Francisco Salomonis, can. Tudertin. eccl. (*V.* 83, ep. 1694 B.)

Ut s.
T. XI, XIII

28598. — *Adæ de Hunibauvilla, mon. monast. Arremanen., O. S. B., Trecen. di.*, gratia exsp. prioratus, vel off., aut administr. seu benef. ecclesiast. c. c. vel s. c., ad abb. et conv. prædicti monast. pertin. — I. e. m. archid. de Breva, et cantori Trecen., ac Widerico de Tulleyo, can. Tullen. eccl. (*A.* 27, f. 272 b; *V.* 83, ep. 1760.)

Ut s.
T. XI, XIII

28599. — *Guidoni, nato n. v. Joannis d.ni de s. Sepulcro*, collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Laudunen. — I. e. m. abb. monast. s. Martini Laudunen., et decano b. Nicolai de Asperomonte, Virdunen. di., ac cantori Trecen. eccl. (*A.* 27, f. 321 a; *V.* 83, ep. 1864.)

Ut s.

28600. — *Ep.o Riven., et sacristæ Lodoven., ac Guillelmo de Concosio, can. Aquen. eccl.*, mand. ut Guillelmo de Petrilia, Papæ famil., conferant eccl. et terras de Chantamerle, Viennen. di., consuetas canonicis eccl. Aniciensis in perp. benef. assignari, vac. per assecutionem præposituræ ejusd. eccl. Anicien., mag. Guigoni de s. Germano, Papæ cap., per PP. collatæ; non obst. in dicta eccl. Anicien. canon. et præb., ac paroch. eccl. de Bellostari, de Fogariis et s. Joannis de Aquisvivis invicem annexis, Mirapiscen. di. (*V.* 84, ep. 2018.)

Ut s.
T. XI [illegible] XIII

28601. — *Rizardo nato Gasapini de Antignatis* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Cremonen., non obst. in Asten. canon. et præb., et in S. M. in Silva de Spinis, Cremonen. di., eccl. auct. Bertrandi s. Marcelli presb. card., A. S. legati, canon. et præb. exsp., et canon. eccl. Vercellen. sub exsp. præb. de quo hodie a PP. provisus est. — I. e. m. s. Agathæ Cremonen. et S. M. de Valentia, Papien. di., præpositis, ac Guthefredo de Busellis, can. Parmen. eccl. (*A.* 27, f. 407 a; *V.* 84, ep. 2151.)

Ut s.
T. XI, XIII

28602. — *Eid.* collat. canon. sub exsp. præb. eccl. Vercellen. — I. e. m. abb. monast. s. Andreæ Vercellen., et s. Agathæ Cremonen. ac S. M. de Valentia, Papien. di., præpositis eccl. (*A.* 27, f. 407 b; *V.* 84, ep. 2152.)

Ut s.
T. XXX.

28603. — *Alfonso Sancii, can. Civitaten.*, e soluto et soluta genito, qui jam dispensatus super defectu natalium a Nicolao IV et Clemente V PP. et ad omnes sacros ord. promotus, in Civitaten. et Vallisoletan., Palentin. di., canon. et præbendas, et in Abulen. eccl. perp. portione, atque in iisdem eccl. præstimonia assecutus est, altera dispensatio ut dignitates et quæcumque benef. recipere valeat. (*A.* 28, f. 266 b; *V.* 84, ep. 2798.)

3 IV non. maii 1327.
T. XI, XIII

28604. — *Bartholomæo Ademarii* collat. canon., præb. et thesaurariæ eccl. Colimbrien., per resignat. Bernardi Ademarii ap. S. A. vac. — I. e. m. Caturcen., et Montisalban. ac Riven. ep.is. (*A.* 27, f. 238 a; *V.* 83, ep. 1599.)

Datum *Avenione*.

3 (v non.) *maii 1327*.

28605. — *Marino Ruffi* conferuntur paroch. eccl. de Masalgis et s. Christophori, invicem annexæ, Aquen. di., ante obitum Fulconis Aurelle per PP. disposit. suæ reservatæ. — I. e. m. priori monast. de Artacella, per priorem soliti gub., Aquensis di., et Guillelmo Gerardi, Aquen., ac Petro Bruneti, Tolonen. eccl. canonicis. (*V*. 83, ep. 1604.)

Ut s. T. XI, XIII.

28606. — *Mag. Joanni Alegrin* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Suessionensis; non obst. paroch. eccl. de Couterna, Cenomanen. di., et perp. capell. magistrorum et scolarium Parisien. (20 lib. parisien.) — I. e. m. s. Genovefæ Parisien., et s. Dionysii in Francia, Parisien. di., monast. abbatibus, ac archid. de Passeyo in eccl. Cenomanensi. (*A*. 257, f. 83 [a]; *V*. 83, ep. 1655.)

Ut s.

28607. — *Gundisalvo Martini* prov. canon. eccl. Conchensis sub exsp. præb. cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus; non obst. quod in ead. et Burgen. eccl. canon. extravagantes, et in Toletan., Segobien., Abulen. et Carthaginen. civit. et di. quædam perp. benef. seu præstimoniales portiones obtineat; dimittat autem canon. extravagantem dictæ eccl. Conchensis. — I. e. m. decano Segobien., et archid. Abulen., ac Sancio Didaci, ejusd. Segobien. can. eccl. (*V*. 83, ep. 1669.)

Ut s.

28608. — *Guillelmo de Mileto, rectori eccl. s. c. s. Cæciliæ prope Massiliam*, jam dispensato super defectu natalium quem patitur, cum sit de soluto genitus et soluta, dispens. ut duo benef. s. c. assequi et cum dicta eccl. licite retinere valeat. (*V*. 83, ep. 1695.)

Ut s. T. XX.

28609. — *Archid. de Carvaleda Astoricen., et Martino Bernardi dicto Cardinali ac Fernando Petri dicto Guadino, can. Compostellan. eccl.*, mand. ut Petro Aprilis, cler. Compostellan. di., conferant canon. et præb. eccl. Mindoniensis, cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus vac. per obitum Joannis Joannis. (*A*. 27, f. 243 [a]; *V*. 83, ep. 1702.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

28610. — *Gregorio Martini* prov. canon. eccl. Cordubensis sub exsp. præb. cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus; non obst. in ead. quadam perp. capell. quam dimittere tenetur et in de Aterores, Burgen. di., eccl. quodam patrimoniali benef. — I. e. m. ep.o Civitaten., et priori sæcul. de Valleoleti, Palentin. di., ac archid. de Xares Ispalen. eccl. (*A*. 27, f. 241 [a]; *V*. 83, ep. 1703.)

Ut s.

28611. — *Roderico Gundissalvi, rectori paroch. eccl. de Guisca, Aurien. di.*, prov. canon. eccl. Legionensis sub exsp. præb. cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus. — I. e. m. ut s. (*V*. 83, ep. 1709.)

Ut s. T. XI.

28612. — *Ep.o Lexioven.* mand. ut, consid. Caroli R. F. et N., paroch. eccl. s. Elerii de Beusevilla, Lexioven. di., in perp. concedat abbati et conv. monast. S. M. de Beccohelluini, O. S. B., Rothomagen. di., propter guerras in Franciæ et Angliæ regnis ingruentes quamplurimis damnis gravatis. (*A*. 27, f. 250 [b]; *V*. 83, ep. 1731.)

Ut s. T. XIV, XVI.

28613. — *Guillermo Saporis, mon. eccl. s. Pontii Thomeriarum, O. S. B.*, gratia exsp. benef. sive prioratus, vel administr., aut personatus seu off. c. c. vel s. c. (100 l. t.) per mon. dictæ eccl. gub. consueti; quamdam vero annuam pensionem (14 l. t.) dimittere tenetur; cassatur præcedens gratia ipsi a PP. in ead. eccl. concessa. — I. e. m. priori s. Firmini de Montepessulano, Magalonen. di., et præp. Magalonen., atque archid. Elnen. eccl. (*A*. 27, f. 252 [a]; *V*. 83, ep. 1732.)

Ut s. T. XI, XIII.

28614. — *Amedeo, nato Bersatoris de Bersatoribus de Pinarolio, cler. Taurinen. di.*, gratia exsp. benef. ecclesiast. s. c. (50 flor. auri) ad ep.i Taurinen. dispositionem pertin. — I. e. m. S. M. de Pinarolio et de Caburro monasteriorum abbatibus, ac præp. eccl. s. Donati ejusd. loci de Pinarolio, Taurinen. di. (*A*. 27, f. 286 [a]; *V*. 83, ep. 1787.)

Datum Avenione.

[illegible]
T. III[xxx].

28615. — *Richardus Fermandi de Montemayor, can. monast. B. M. de Bellavilla, O. S. A., Lugdunen. di.*, fit abbas ejusd. monasterii in quo post resignationem Stephani de Alegueto duæ electiones in discordia celebratæ fuerunt, una scilicet de Andrea de Bialeys, priore, et alia de Guillelmo de Rocheta, correario et can. ejusd. monast., inter quos diu litigatum est ; postmodum Andreas omni juri sibi competenti apud S. A. sponte cessit, et Guillelmus ab omni jure sibi competente cecidit quia veniendo ad S. A. formam constitutionis Nicolai Papæ III observare non curavit. — I. e. m. priori et conv. præfati monast. ; et archiep.o Lugdunensi. (*A*. 27, f. 289 [a]; *V*. 83, ep. 1794.)

Ut s.
T. XI, XIII.

28616. — *Petro Garsiæ* collatio canon. sub exsp. præb. cum præstimoniis sæcul. eccl. de Caveis Rubeis, Burgensis di. — In e. m. ep.o Civitaten., et priori sæcul. de Valleoleti, Palentin. di., atque archid. de Xeres, Ispalen. di. (*A*. 27, f. 292 [b]; *V*. 83, ep. 1808.)

Ut s.
T. XI, XIV.

28617. — *Garsiæ Roderici, cler. Burgen. di.*, gratia exsp. perp. et integræ portionis in eccl. Ispalen. per consecrat. Petri el. Cartaginensis proxime vacaturæ. — In e. m. abbati de Cervatis, et sacristæ, ac Roderico Gundissalvi, can. eccl. Burgensis. (*A*. 28, f. 3 [a]; *V*. 84, ep. 2313.)

Ut s.
T. XXX.

28618. — *Elienori infantissæ, natæ cl. me. Fernandi regis Castellæ*, indult. ut ipsi liceat eligere confessorem qui in omnibus casibus, præterquam S. A. reservatis, et etiam semel dumtaxat in istis casibus eam absolvere possit. (*A*. 27, f. 468 [b]; *V*. 84, ep. 2129.)

Ut s.
T. XI, XIII.

28619. — *Petro Alfonsi* collatio canon. sub exsp. præb. eccl. Vallispositæ, Burgen. di. ; non obst. in Burgensi perp. capell., domini infantis Joannis ibidem vulgariter nuncupata, et in s. Martini Burgensis eccl. quodam patrimoniali beneficio. — In e. m. abbati de Cervatis, et Roderico Gundisalvi ac Sancio Fernandi, canonicis eccl. Burgensis. (*A*. 28, f. 4 [b]; *V*. 84, ep. 2332.)

Ut s.
T. XXIV, XXVI.

28620. — *Elienori infantissæ, natæ cl. me. Fernandi regis Castellæ*, indultum ut IV clerici, ipsius famil. et domestici, fructus omnium benef. suorum absque residentia percipere valeant, dummodo dign. vel personatum non obtineant qui vel quæ major in cathedrali post episcopalem vel principalis in collegiata ecclesiis existat. — In e. m. abbati de Cervatis, Burgen. di., et priori sæcularis de Valleoleti, Palentin. di., ac decano Ispalensis eccl. (*A*. 28, f. 3 [a]; *V*. 84, ep. 2333.)

Ut s.
T. XI, XIII.

28621. — *Ordonio Alvari de Villaviridi* prov. canon. sub exsp. præb. eccl. Palentin. — In e. m. abbati de Cervatis et sacristæ Burgen., ac scolast. Salamantin. eccl. (*A*. 28, f. 3 [a]; *V*. 84, ep. 2334.)

Ut s.
T. XI, XIII.

28622. — *Alfonso Sancii* collat. canon. sub exsp. præb. ac dign., vel personatus seu off. c. c. et præstimoniorum ac præstimonialium beneficiorum eccl. Abulen., non obst. in Civitaten. et Vallisoletan., Palentin. di., canon. et præb. et in iisd. et Abulen. præstimoniis ; perp. vero portionem ejusd. eccl. Abulen. dimittere tenetur. — I. e. m. Palentin. et Civitaten. ep.is, ac sacristæ eccl. Palentin. (*A*. 28, f. 199 [a]; *V*. 84, ep. 2723.)

Ut s.
T. XI, XIII.

28623. — *Joanni Garsiæ de [illegible], presb. Abulen. di.*, gratia exsp. perp. portionis ac præstimoniorum perpetui portionarii eccl. Salamantin. — I. e. m. Abulen. et de Cuellara Segobien. archid.is, ac thesaur. ejusdem Abulen. eccl. (*A*. 28, f. 207 [b]; *V*. 84, ep. 2767.)

Ut s.
T. XI, XIII.

28624. — *Fernando Gundisalvi* collat. canon. sub exsp. præb. et præstimoniorum ac præstimonialium benef. sæcul. eccl. Vallisoletan., Palentin. di. ; non obst. in eccl. paroch. S. M. Antiquæ de Vallisoleti, dictæ di., quadam sacristia s. c. — In e. m. ut s. (*A*. 28, f. 208 [a] et 342 [b]; *V*. 84, ep. 2769.)

Datum *Avenione.*

3 (v non.) *maii 1327.*
T. XXX.

28625. — *Archiep.o Compostellanensi* mand. ut dispenset n. v. Joannem Marini et n. m. Terasiam Pelagii, suæ di., ipsis tamen prius ad tempus separatis, ut in matrim., ad sedandum inimicitias inter utriusque consanguineos contracto, remanere valeant, non obst. quod III° et IV° consanguinitatis et bis IV° affinitatis gradibus invicem se contingunt; absoluti sunt etiam ab excommunicatione incursa. (*A.* 31, f. 42 a; *V.* 88, ep. 3537.)

4 (IV non.) *maii 1327.*
T. XI, XIII.

28626. — *Conrado de Rinaugia* collatio canon. sub exsp. præb. eccl. s. Petri Basilien.; non obst. canon. in eccl. Werden., Constantien. di. — In e. m. præp. et Henrico de Steinegga, Constantien., ac mag. Ambrosio de Mediolano, Mediolanen. can. eccl. (*A.* 27, f. 122 a; *V.* 83, ep. 1336.)

Ut s.[1]
T. XXIV.

28627. — *Angelo ep.o Viterbien., PP. vicario in spiritualibus in Urbe*, mand. ut quoddam privilegium Gregorii IX a Francisco de Pectorano, mon. eccl. Cassinen., O. S. B., productum ad habendam confirmationem electionis ipsius favore factæ in abb. monast. S. M. de Quinquemiliis, præfati ord., Valven. di., a Bonifacio VIII mensæ episcopali Valven. uniti, vehementer vero de falsitate suspectum ex stylo et falsa latinitate et ex eo quod continebatur ibidem quod dictum monast. tenebatur singulis annis basilicæ principis Apostolorum de Urbe 3 flor. auri solvere, cum tunc moneta flor. non extitisset, sibi exhiberi et fideliter transcribi et dictum Franciscum, mon. et capit. dictæ basilicæ infra 2 mensium spatium apost. conspectui se præsentari faciat, acturos et recepturos super præmissis quod justitia suadebit. (*A.* 27, f. 170 a; *V.* 83, ep. 1457.)

Ut s.
T. XII, XIV.

28628. — *Goffredo Mora, D. D.*, indult. de percipiendis fructibus archidiac. c. c. in Famagustan. et canonicatuum et præb. quæ in ead. et Mediolanen. eccl. obtinet omniumque beneficiorum suorum absque residentia ad triennium. — I. e. m. ep.o Paphen., et abbati monast. de Cruce, Nimocien. di., ac Guillermo Audeberti, can. Lemovicen., PP. cap. (*A.* 27, f. 235 b; *V.* 83, ep. 1593.)

Ut s.
T. V^XXIV.

28629. — *Joannes, can. Valven.*, fit ep.us eccl. Amelien. vac. per translationem Alamanni ad eccl. Anagnin. — I. e. m. capit. et vassallis eccl. Amelien.; clero et populo civit. et di. Amelien. (*A.* 27, f. 246 a; *V.* 83, ep. 1699.)

Ut s.
T. XI, XIII.

